# M. TULLI CICERONIS

## SCRIPTA QUAE MANSERUNT OMNIA

FASC. 25

ORATIONES PRO CN. PLANCIO

PRO RABIRIO POSTUMO

RECOGNOVIT

A. KLOTZ

ORATIO PRO SCAURO

RECOGNOVIT

F. SCHOELL



LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXVI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

# M. TULLI CICERONIS
# PRO CN. PLANCIO ORATIO

## SIGLA

B = fragmenta Berolinensia 13229 A et B (ed. Seymour de Ricci, Mélanges Chatelain 1910 p. 442—447) *saec. V continet 27 p. 489, 13* cum illo ... omnes semper *(28 p. 490, 14) et 46 p. 500, 14* -um Laterensis ... (amb)itus caus- *(47 p. 501, 10)*

T = codex Tegernseensis (nunc Monacensis lat. 18787) *saec. XI*

E = codex Erfurtensis (nunc Berolinensis 252) *saec. XII*

ς = codices recentiores, si semel ponitur omnes, si saepius pars eorum

ω = codices omnes praeter B

*Schol.* B = Scholiasta Bobiensis

## NOTAE

*Ang.* = Angelius
*Bai.* = Baiter
*Ba.* = Bake
*Ca.* = Campe, Jahrb. XCV 1867 p. 265—273
*Cl.* = Clark
*Cob.* = Cobet, Mnem. XI 1862 p. 199—203 et p. 313—333
*Ern.* = Ernesti
*Gar.* = Garatoni
*Grae.* = Graevius
*Gul.* = Gulielmius
*Ha.* = Halm
*Hi.* = Hirschfelder
*Ka.* = Karsten, Spicilegium criticum 1881 p. 16 sq.
*Kay.* = Kayser
*Keil* = H. Keil, Observationes criticae in Ciceronis orationem pro Plancio. Erlangae 1864
*AKl.* = A. Klotz
*RKl.* = R. Klotz
*Koch* = Koch, Coniectanea Tulliana, Pforta 1868
*Koe.* = Ciceros Rede für Cn. Plancius erkl. von E. Koepke[2] 1873
*Kra.* = Kraffert, Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischer Autoren III, Aurich 1883
*Lb.* = Lambinus
*Lg.* = Ciceros Rede für Cn. Plancius erkl. von E. Koepke, 3. Aufl. von G. Landgraf 1887
*Mdv.* = Madvig
*Man.* = Manutius
*Mo.* = Mommsen
*Mue.* = C. F. W. Mueller
*Naug.* = Naugerius
*Or.* = Orelli
*Rei.* = Reinhardt, Bemerkungen zu Ciceros Rede für Plancius, Wohlau 1903
*Schroe.* = Schroeder, De interpolationibus in duabus Cice-

ronis orationibus pro Sestio et pro Plancio habitis. Diss. Bonnae 1865

*Weid.* = Weidner, Adversaria Tulliana, Dortmund 1885

*Wu.* = Ciceronis oratio pro Cn. Plancio ed. E. Wunder 1830

*Zie.* = Zielinski, Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Philol. Suppl. IX 4. 1904

## ARGUMENTUM SCHOLIASTAE BOBIENSIS

**************⟨L. Domitio Ap⟩pio Claudio coss. *(i. a. 54 a. Chr. n.)* etiam pro hoc Cn. Plancio dixit qui reus de sodaliciis petitus est lege Licinia quam M. Licinius Crassus Pompei Magni collega in consulatu suo *(i. a. 55 a. Chr. n.)* pertulit, ut severissime quaereretur in eos candidatos qui sibi conciliassent ⟨sodales⟩ ea potissimum de causa ut per illos pecuniam tribulibus dispertirent ac sibi mutuo eadem suffragationis emptae praesidia communicarent. huic factioni coercendae legis lator Crassus existimavit etiam genus iudicii multo periculosius comparandum, ut apud iudices editicios accusarentur, id est ut pro voluntate accusatoris ederentur tribus ex quibus unam tantummodo reicere posset reus, de reliquis autem iudices haberentur utique infestissimi causam dicentibus, utpote quos accusator ad voluntatem suam praelegisset edendo eas potissimum tribus quas reo minus aequas fore arbitraretur. sed enim Cn. Plancio summa et religiosa cum M. Tullio familiaritas erat beneficiis non mediocribus copulata. nam cum P. Clodii tribuni plebi inimici sui lege aqua et igni interdictus urbe cessisset et Macedoniam petisset, nullis opem ferentibus qui Clodianam potentiam graviter extimescebant, prolixa benignitate et fide non minore quaestoris Cn. Plancii sustentatus est. illo quippe anno *(i. a. 58 a. Chr. n.)* sub L. Apuleio praetore quaestura Plancius in Macedonia fungebatur. dum igitur Thessalonicae fuit, auxilio eius ab omni periculo insidiarum Cicero defensus est. dein postea restitutus inter ceteros et ipsi gratias egit iis orationibus quarum altera⟨m⟩ in contione, alteram vero habuit in senatu. Causa pendet ex aedilitatis petitione in qua designatus est Plancius repulsam ferente Iuventio Laterense patriciae familiae, senatore nec minore facundia quam generis nobilitate praedito, qui nunc etiam reum de sodaliciis facit, invidioso

---

*inscribunt orationi* pro Cn. Plancio *Gell.,* pro Gn. Planco *(sic)* E pro Plancio *Schol. B, Gramm. plerique; inscriptione caret* T

6 *add. Bai. alii alia* 9 *an* [Crassus]? 25 dum *Stangl* diu *cod.* ⟨quam⟩diu *Ziegler* 32 facti *cod.*

crimine et reis metuendo propter iudices editicios, de quorum condicione supra diximus. Principaliter quidem coniecturalis defensio est, ............ videlicet oratore nitente Plancium non pecuniae largitione, sed integritate morum et rerum gestarum men ........... —

3 *lacuna litt. XII;* ⟨*στοχαστικῶς*⟩ *Hildebrand*

TESTIMONIUM

*Cic. ad Q. fr. 3, 1, 11 (a. d. III Kal. Oct. anni 54)* orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio absolvi.

Quom propter egregiam et singularem Cn. Planci 1 1 iudices, in mea salute custodienda fidem tam multos et bonos viros eius honori viderem esse fautores, capiebam animo non mediocrem voluptatem, quod cuius officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporum memoriam suffragari videbam. cum autem audirem meos partim inimicos, partim invidos huic accusationi esse fautores, eandemque rem adversariam esse in iudicio Cn. Plancio quae in petitione fuisset adiutrix, dolebam iudices et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benivolentia praesidio custodiaque texisset. Nunc autem vester iudices conspectus et consessus iste 2 reficit et recreat mentem meam, cum intueor et contemplor unum quemque vestrum. video enim hoc in numero neminem cui mea salus non cara fuerit, cuius non extet in me summum meritum, cui non sim obstrictus memoria beneficii sempiterna. itaque non extimesco ne Cn. Plancio custodia meae salutis apud eos obsit qui me ipsi maxime salvum videre voluerunt, saepiusque iudices mihi venit in mentem, admirandum

---

1 cum ς quoniam (*scil.* quõ E) TE 2 custodiendam E 3 fauctores T 6 suffragari ς -re TE 9 dolebam ... texisset *Gell. 9, 12, 5 Non. 129, 13* (*propter notionem adiectivi* infestus) 17 summum TE suum ς *cf. sen. grat. 26 p. 17, 10* obtrictus T 19 meae Eς me T 20 obsit Tς obstet E ipsi TEς ipsum ς videre *del. Lg. post Gul. mala membri clausula*

esse M. Laterensem hominem studiosissimum et dignitatis et salutis meae, reum sibi hunc potissimum delegisse, quam metuendum ne vobis id ille magna ratione 3 fecisse videatur. Quamquam mihi non sumo tantum neque adrogo iudices, ut Cn. Plancium suis erga me meritis impunitatem consecutum putem. nisi eius integerrimam vitam, modestissimos mores, summam fidem continentiam pietatem innocentiam ostendero, nihil de poena recusabo. sin omnia praestitero quae sunt a bonis viris expectanda, petam iudices a vobis ut cuius misericordia salus mea custodita sit, ei vos vestram misericordiam me deprecante tribuatis. equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio quam in ceteris, etiam hanc molestiam adsumo, quod mihi non solum pro Cn. Plancio dicendum est cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo, sed etiam pro me ipso de quo accusatores plura paene quam de 2 re reoque dixerunt. 4 Quamquam iudices, siquid est in me ipso ita reprehensum ut id ab hoc seiunctum sit, non me id magnopere conturbat; non enim timeo ne quia perraro grati homines reperiantur, idcirco cum me nimium gratum illi esse dicant, id mihi criminosum esse possit. quae vero ita sunt agitata ab illis ut aut merita Cn. Planci erga me minora esse dicerent quam a me ipso praedicarentur, aut si essent summa, negarent ea tamen ita magni ut ego putarem ponderis apud vos esse debere, haec mihi sunt tractanda iudices, et modice ne quid ipse offendam, et tum denique cum

1 dignitatis et TE dignissimum *vel* diligentissimum ς 2 delegisse *ex* eleg- T[1] 3 vobis Eς nobis T 5 *ut supra* TE iudices neque adrogo ς 6 consecutum TEς consecuturum ς 7 modestissimos *ex* modestimos E 8 pietatem ω probitatem *Ca. p.265; sed recte Mue. contulit 29 p.490,18* 10 expectanda TEς expetenda ς 12 me *om.* T 13 maiores ς maioris TE suscipio ς suspicio TE 17 *post* ipso *in* T sed *add. et ab ipso librario del.* 19 seiunctum TE; *in* ς *aut corruptum aut om. aut* alienum *vel* dictum *substitutum* 20 conturbat TEς conturbet ς ne Eς non T 21 repperiantur T 28 et tum TE cetum ς

respondero criminibus, ne non tam innocentia reus sua quam recordatione meorum temporum defensus esse videatur.

Sed mihi in causa facili atque explicata perdifficilis 5
iudices et lubrica defensionis ratio proponitur. nam si tantummodo mihi necesse esset contra Laterensem dicere, tamen id ipsum esset in tanto usu nostro tantaque amicitia molestum. vetus est enim lex illa iustae veraeque amicitiae, quae mihi cum illo iam diu est, ut idem amici semper velint, neque est ullum amicitiae certius vinculum quam consensus et societas consiliorum et voluntatum. mihi autem non id est in hac re molestissimum, contra illum dicere, sed multo illud magis quod in ea causa contra dicendum est in qua quaedam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio. quaerit enim Laterensis atque hoc uno maxime 6
urget, qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit. ita si cedo illius ornamentis quae multa et magna sunt, non solum huius dignitatis iactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda suspicio est. sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio, et dicendum est id quod ille me flagitat, Laterensem a Plancio dignitate esse superatum. ita aut amicissimi hominis existimatio offendenda est, si illam accusationis condicionem sequar, aut optime de me meriti salus deserenda.

Sed ego Laterensis, caecum me et praecipitem ferri 3
confitear in causa, si te aut a Plancio aut ab ullo digni-

---

1 criminibus Tς omnibus E ininnocentia T 8 est enim TE enim est ς 10 amicitiae certius TE certius amicitiae ς; *illo ordine verborum et magis effertur* certius *et commodior membri fit clausula* 11 societas sociorum *(hac voce expuncta)* consiliorum T 19 iactura *ex* natura $E^1$ 20 *alterum* est TEς *om.* ς *Man. haud male, cf. v. 26* 23 aut *in ras.* $E^1$ 25 meriti ς meritis TE 26 deserenda TE deserenda est ς 27 ferri Eς conferri T 28 aut *prius om.* T ullo Tς ulla E si aut te a Plancio aut a te illum dignitate potius superari

tate potuisse superari dixero. itaque discedam ab ea contentione ad quam tu me vocas, et veniam ad illam
7 ad quam me causa ipsa deducit. quid? † tu man dignitatis iudicem putas esse populum? fortasse nonnumquam est. utinam vero semper esset! sed est perraro, et siquando est, in iis magistratibus est mandandis, quibus salutem suam committi putat. his levioribus comitiis diligentia et gratia petitorum honos paritur, non iis ornamentis quae esse in te videmus. nam quod ad populum pertinet, semper dignitatis iniquus iudex est qui aut invidet aut favet. quamquam nihil potes in te Laterensis constituere quod sit proprium laudis tuae,
8 quin id tibi sit commune cum Plancio. sed hoc totum agetur alio loco: nunc tantum disputo de iure populi, qui et potest et solet nonnumquam dignos praeterire. nec si a populo praeteritus est quem non oportuit, a iudicibus condemnandus est qui praeteritus non est. nam si ita esset, quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt ut reprehensores essent comi-

---

dixero *coni. Ka. p. 16; idem sed servato* potuisse *Lg. cf. A. Kornitzer, Progr. Nikolsburg 1891 p. 12*

1 potuisse Eς *om.* T  3 ipsa Eς *om.* T  tu magni T tum an E tu (*vel* tune) inanem ς  tu in magistratibus *Mdv. Adv. II 1873 p. 230* (*addiderim* ⟨deligendis⟩ *cl. 62 p. 511, 5 vel etiam* ⟨creandis⟩) tu magistratum *Lehmann, Herm. XIV 1879 p. 217. in archetypo locum mancum fuisse et scriptum id quod supra posui apparet. de coniecturis virorum doctorum cf. Lg. p. 111. ac desideratur magistratuum creandorum notio, ne populus omnino dignitatis iudex esse negetur unde* in campo *non male RKl. p. XLI. nisi forte adversarium quendam interrogantem facit orator* ‘quid? tu non dignitatis ... populum?’ *atque respondet* fortasse nonnumquam est  5 utinam Eς ut iam T  6 est Eς esse T *(ex Baiteri apparatu non perspicitur pro utro peccatum sit)*  8 comitiis ω comitate *Kra. p. 119. sed et* et *in tertio membro molestum nec recte ordinantur notiones* comitas diligentia gratia  paritur ς patitur Tς paratur E  9 iis Tς his E  te Eς se T  10 dignitatis ⟨is⟩ *Cob. p. 313*  11 potes ς potest TEς  13 quin Eς quid T  17 est *prius* Eς *om.* T *non male*  non ς *om.* TE  18 si Eς *om.* T  maioris T

tiorum, id haberent iudices, vel quod multo etiam minus esset ferendum. tum enim magistratum non gerebat is qui ceperat, si patres auctores non erant facti: nunc postulatur a vobis, ut eius exitio qui creatus sit, iudicium populi Romani reprendatis. Itaque quoniam qua nolui ianua sum ingressus in causam, sperare videor tantum afuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuae, te ut potius obiurgem, quod inicum in discrimen adducas dignitatem tuam, quam 4
ut eam ego ulla contumelia coner attingere. 9 tu continentiam, tu industriam, tu animum in rem publicam, tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, quod aedilis non sis factus, fractos esse et abiectos et repudiatos putas? vide tandem Laterensis, quantum ego a te dissentiam. si me dius fidius decem soli essent in civitate viri boni sapientes iusti graves, qui te indignum aedilitate iudicavissent, gravius de te iudicatum putarem, quam est hoc quod tu metuis ne a populo iudicatum esse videatur. non enim comitiis iudicat semper populus, sed movetur plerumque gratia, cedit precibus, facit eos a quibus est maxime ambitus, denique etiamsi iudicat, non dilectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnumquam et quadam etiam temeritate. non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, semperque sapientes ea quae populus fecisset ferenda, non

---

1 id ω idem *Ka. p. 18* vel quod ω quod *Sylvius* quod vel *Beroaldus* id quod *Ha.; cf. Mue. p. LXV* 2 esset E essent T est (*vel* esse) ς 4 eius Eς *om.* T exitio *Cob. p. 199* exilio ω 5 reprehendatis ω quoniam *Keil p. 7* iam quoniam TE quamquam ς 6 qua *s. v. add.* E[1] nolui ς volui TEς sum TEς sim ς 7 afuturam T affuturam Eς abf- ς messe T 9 inicum T inimicum E iniquum ς 10 eam ego TE ego eam ς *fort. recte, ita ut* ego *et* ulla *accentu efferantur* continentiam Eς continuam T 11 in rem p. ς in re p. TE 15 ego TEς *om.* ς decem Eς deẽẽ T (*pro* decẽ) 17 iudicatum ω iudicium latum *Ka. p. 18 ut esset substantivum quo* hoc *spectaret. intellego ablativum* 22 etiamsi TE si ς *certe non peius* 24 etiam Eς *om.* T

semper laudanda duxerunt. quare cum te aedilem fieri
oportuisse dicis, populi culpam, non conpetitoris ac-
10 cusas. ut fueris dignior quam Plancius — de quo ipso
tecum ita contendam paulo post ut conservem digni-
tatem tuam —, sed ut fueris dignior, non conpetitor
a quo es victus, sed populus a quo es praeteritus, in
culpa est. in quo primum illud debes putare, comitiis
praesertim aediliciis studium esse populi, non iudi-
cium; eblandita illa, non enucleata esse suffragia; eos
qui suffragium ferant, quid cuique ipsi debeant consi-
derare saepius quam quid cuique a re publica debeatur.
sin autem mavis esse iudicium, non tibi id rescinden-
11 dum est, sed ferendum. ‘male iudicavit populus.’ at
iudicavit. ‘non debuit.’ at potuit. ‘non fero.’ at multi
clarissimi et sapientissimi cives tulerunt. est enim
haec condicio liberorum populorum praecipueque huius
principis populi et omnium gentium domini atque vic-
toris, posse suffragiis vel dare vel detrahere quod ve-
lit cuique. nostrum est autem, nostrum qui in hac
tempestate populi iactemur et fluctibus, ferre modice
populi voluntates, adlicere alienas, retinere partas, pla-
care turbatas; honores si magni non putemus, non ser-

---

1 duxerunt ς dixerunt TEς *quod tuetur Cl. cl. Deiot. 37 p. 117, 24 sq. at ibi de philosophis res est, hic potius de prudentibus civitatis viris, id quod cernitur* semper *adverbio initio membri collocato, i. ubi quid populus minus recte fecit* quare Eς qua T aedili T 2 dicis ς dicit TE 3 ut TE at ς ipso E ipse T *om.* ς 4 tecum ita TE ita tecum ς 7 primum illud Eς illud primum T 9 eblandita Tς et blandita E enucleata Eς enudata T 10 quid Eς qui T cuique TE denique ς considerare TEς deliberare ς 11 debeatur TE videatur deberi ς *sensu vix peiore* 12 esse Tς illud esse E *quod ne probemus obstat in sequentibus pronomen* id esse TEς est ς; *quodsi verum est, scribendum* sin autem ⟨ut tu⟩ mavis est iudicium 13 *et* 14 at *ter* Eς ad *ter* T 16 haec TE *om.* ς 19 nostrum qui TE qui ς *quod probat Cob. p. 314* 20 tempestate Eς potestate T et TEς ac ς *non peius* (*de collocatione cf. e. g. Verr. 3, 4* quod cum laetitia feras ac voluptate)

vire populo; sin eos expetamus, non defetigari supplicando. 5

Venio iam ad ipsius populi partis, ut illius contra 12
te oratione potius quam mea disputem. qui si tecum congrediatur et si una loqui voce possit, haec dicat: 'ego tibi Laterensis, Plancium non anteposui, sed cum essetis aeque boni viri, meum beneficium ad eum potius detuli qui a me contenderat, quam ad eum qui mihi non nimis summisse supplicarat.' respondebis credo te splendore et vetustate familiae fretum non valde ambiendum putasse. at vero te ille ad sua instituta suorumque maiorum exempla revocabit; semper se dicet rogari voluisse, semper sibi supplicari; se M. Seium qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate iudicii retinere potuisset, homini nobilissimo innocentissimo eloquentissimo M. Pisoni, praetulisse; praeposuisse se Q. Catulo summa in familia nato, sapientissimo et sanctissimo viro, non dico C. Serranum stultissimum hominem — fuit enim tamen nobilis —, non C. Fimbriam novum hominem — fuit enim et animi satis magni et consilii —, sed Cn. Manlium, non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta ac sordida. 'Desi- 13
derarunt te' inquit 'oculi mei, cum tu esses Cyrenis; me enim quam socios tua frui virtute malebam, et quo plus intererat, eo plus aberat a me, cum te non

---

1 expetamus Eς expectamus T defetigari T defatigari Eς; *Sest. 79 p. 210, 16* defetigatione PE defatigatione G 3 *vel* iam ⟨ita⟩ *vel* ⟨sic⟩ ut *Cob. p. 314* 5 haec Eς ac T 7 boni viri Eς viri boni T ad eum potius TE potius ad eum ς ad eum ς 9 non nimis Eς nominis T 11 at Eς ad T 13 semper Tς et semper E sibi supplicari TE placuisse ς 14 se TE *om.* ς 17 p̃oposuisse *(sic)* T 19 Serranum *Man.* seranum TEς serenum ς stultissimum TEς subtilissimum ς fuit ... hominem T *om.* Eς 22 manlium TEς mallium ς verum Eς virum T 23 desiderarunt Eς desiderant T 24 inquiet *Wu. (propter p. 480, 8)* 26 quo plus (*ex* quo populus E) Eς populus T quo plus et populus (*vel* -lo) ς aberat *(scil. virtus)* ω aberas *Sylvius* desiderabaris *Ca. p. 266*; eo

videbam. deinde sitientem me virtutis tuae deseruisti ac reliquisti. coeperas enim petere tribunatum plebis temporibus iis quae istam eloquentiam et virtutem requirebant. quam petitionem cum reliquisses, si hoc indicasti tanta in tempestate te gubernare non posse, de virtute tua dubitavi, si nolle, de voluntate. sin quod magis intellego, temporibus te aliis reservasti, ego quoque' inquiet populus Romanus 'ad ea te tempora revocavi ad quae tu te ipse servaras. pete igitur eum magistratum in quo mihi magnae utilitati esse possis; aediles quicumque erunt, idem mihi sunt ludi parati; tribuni plebis permagni interest qui sint. quare aut redde mihi quod ostenderas, aut si quod mea minus interest, id te magis forte delectat, reddam tibi istam aedilitatem etiam neglegenter petenti; sed amplissimos honores ut pro dignitate tua consequare, condiscas censeo mihi paulo diligentius supplicare.'

6 14 Haec populi oratio est, mea vero Laterensis haec: quare victus sis, non debere iudicem quaerere, modo ne largitione sis victus. nam si quotienscumque praeteritus erit is qui non debuerit praeteriri, totiens oportebit eum qui factus erit condemnari, nihil iam est quod populo supplicetur, nihil quod diribitio ⟨suffra-

---

peius habebat me. *Koch p. 16* cum te TE certe ς cur te *Hoffmann apud Wu. alia quaeras apud Lg. p. 112. cf. Muc. p. LXVI*

1 sitientem ... tuae *Arus. GL VII 511, 18 tamquam ex oratione* pro Sylla sicientẽs *(sic)* E 2 reliquisti TE dereliquisti ς; *hoc composito vide ne in tautologia alterum membrum prae altero nimis efferatur* tribunatum *vulgo* tr E ter T 3 iis ς his E *om.* T 4 indicasti *Lb.* iudicasti *ω* 7 intellego Eς intello T quoque Eς autem T *unde* item *Or.* vero te *Weid. p. 4 deleto* te *post* ea 8 inquiet T inquam et Eς populus R. TEς res p. ς [inquiet ... Romanus] *Cob. p. 315 quippe qui non videret fere necessario haec addi, ne* ego *de oratore acciperetur* te Eς *om.* T; te *interposito non incommode* ea *effertur* 10 magistratum ς macc. E cc. T 11 sunt ... redde mihi TE *om.* ς ludi *Ern.* iudi T iudices E parati E parat T 22 eum Eς cum T iam est Tς est iam E 23 populo ς

giorum⟩, nihil quod [supplicatio] magistratuum renuntiatio [suffragiorum] expectetur; simul ut qui sint professi videro dicam: ‘hic familia consulari est, ille praetoria; reliquos video esse ex equestri loco; sunt omnes sine macula, sunt omnes aeque boni viri atque integri, sed servari necesse est gradus; cedat consulari generi praetorium, ne contendat cum praetorio nomine equester locus.’ sublata sunt studia, extinctae suffragatio- 15
nes, nullae contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla expectatio suffragiorum; nihil, ut plerumque evenit praeter opinionem accidet, nulla erit posthac varietas comitiorum. sin hoc persaepe accidit ut et factos aliquos et non factos esse miremur, si campus atque illae undae comitiorum ut mare profundum et inmensum sic effervescunt quodam quasi aestu ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant, tanto nos impetu studiorum et motu temeritatis modum aliquem et consilium et rationem requiremus? quare noli me ad contentionem vostrum vocare 16

---

a populo TEς diribitio TE diremtio *vel* direptio ς suffragiorum *hic add. Keil p. 12, postquam infra del. Gar. transpositum videtur propter 15 v. 10*

1 supplicatio *del. AKl.* supplicatio magistratuum *del. Man. sed si* diribitio suffragiorum *in antecedente membro dicitur, non licet nude ponere vocem* renuntiatio. *accedit quod ad primum membrum notam* supplicatio candidatorum *intellegimus, minus intellegimus* supplicatio magistratuum. *atque ipsa membra paulatim augeri (XII et XIII et XVI syllabarum) ratione non caret* 2 ut qui Tς ut et qui E *unde* atque qui *Ha. parum probabiliter* 3 videro TE video quid ς consulari Eς consiliari T 5 omnes aeque T aeque Eς, *quod probarem si scriptum esset* viri boni; *quo ordine* aeque *responderet priori* omnes 6 gradus TEς gradum ς 7 ne TE nec ς nomine TE *om.* ς 8 sunt ω erunt *coni. Mue. quippe qui praesentis usum pro futuro non ferret* suffragationes Eς suffragiones T

12 illae undae Eς ille T 15 efervescunt E 17 tanto ς in tanto ς tamen TE ⟨in⟩ impetu *Bai. non necessario* 18 requiremus TEς requiramus ς 19 *Gell. 20, 6, 11* Cicero . . . contentio vestrum . . . dixit *(propter genetivum pronominis personalis)* vestram E

Laterensis. etenim si populo grata est tabella quae frontes aperit hominum, mentes tegit datque eam libertatem ut quod velint faciant, promittant autem quod rogentur, cur tu id in iudicio ut fiat exprimis quod non fit in campo? 'hic quam ille dignior' perquam grave est dictu. quomodo igitur est aequius? sic credo quod agitur quod satis est iudici: 'hic factus est.' 'cur iste potius quam ego?' vel nescio vel non dico vel denique quod mihi gravissimum esset si dicerem, sed impune tamen deberem dicere: 'non recte,' numquid assequerere, si illa extrema defensione uterer,
7 populum quod voluisset fecisse, non quod debuisset?

17 Quid? si populi quoque factum defendo Laterensis et doceo, Cn. Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu qui semper patuerit hominibus ortis hoc nostro equestri loco, possumne eripere orationi tuae contentionem vostrum quae tractari sine contumelia non potest, et te ad causam aliquando crimenque deducere? si quod equitis Romani filius est, inferior esse debuit, omnes tecum equitum Romanorum fili petiverunt. nihil dico amplius; hoc tamen miror, cur huic potissimum irascare qui longissime a te afuit. equidem siquando ut fit iactor in turba, non illum

4 id TE *om.* ς ut fiat TEς *om.* ς *quod probat Gar.* 5 ille ⟨est⟩ *coni. Bai.* 6 aequius TEς equs *vel* aequum ς 10 *distinxi cum Lg. vulgo post* recta *graviter distinguunt* numquid *Or.* nunc quid TEς nam quid ς 11 assequerere *Man.* assequerer ω 13 ⟨re⟩ quoque *Busche, Woch. f. Philol. 1912 p. 346* quoque *del. Ca. p. 267. sed particula fere necessaria; dicit Cicero: etiam si populum recte fecisse contendo, spero me sine contumelia tua rem agere posse* factum Eς *om.* T 14 obrepisse T 16 ortis TE *om.* ς 17 equestri *del. Kra. p. 119 deleta clausula membri* 18 *cf. ad 481, 19* vestram E 19 aliquando ET *om.* ς 22 petiverunt Eς repetiverunt T 23 cur TE cur tu ς; *poterat dicere* cur huic tu *aut* cur huic potissimum afuit Tς abfuit Eς 24 equidem qui in me ipsum incumbat *(sic) Arus. GL VII 479, 3 (propter praepositionem* in *c. acc.) confuso hoc loco et infra 483, 6*

accuso qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor, sed eum qui in me ipsum incurrit atque incidit. tu neque Q. Pedio forti viro suscenses neque huic A. Plotio ornatissimo homini familiari meo, et ab eo qui hos dimovit potius quam ab his qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Sed tamen 18 haec tibi est prima cum Plancio generis vestri familiaeque contentio, qua abs te vincitur; cur enim non confitear quod necesse est? sed non hic magis quam ego a meis conpetitoribus et alias et in consulatus petitione vincebar. sed vide ne haec ipsa quae despicis, huic suffragata sint. sic enim conferamus. est tuum nomen utraque familia consulare. num dubitas igitur quin omnes qui favent nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus, qui nominibus vestris ducuntur, te aedilem fecerint? equidem non dubito. sed si parum multi sunt, qui nobilitatem ament, num ista est nostra culpa? Etenim ad caput et ad fontem generis utriusque veniamus.

Tu es e municipio antiquissimo Tusculano, ex quo 8 19 plurimae sunt familiae consulares, in quibus est etiam Iuventia; tot ex reliquis municipiis omnibus non sunt.

---

1 fabium ω Fabianum *Sylvius; ac sane sic dixit Cicero Verr. pr. 19; de orat. 2, 267 in Crassi fragmento traditur aut* fabianum *aut* fabii. arcus Fabianus *Sen. dial. 2, 1, 3 Trebell. Gall. 19, 4 Schol. Pers. 4, 49 tamen cf.* fornix Calpurnius *Oros. 5, 9, 2;* forum Iulium *Mon. Anc. 4, 12,* clivus Cossonius *Varr. ling. 5, 158* curia Hostilia, Iulia, *al.* 3 suscenses Eς suscensus T 5 demovit E his TEς iis ς *edd. sed cum Plancius ipse qui adest hoc pronomine comprehendatur, non video cur* his *spernatur* 6 incubuerunt Eς dicubuerunt T 7 conplancio T 9 sed ... vincebar *del. Ca. p. 267* 10 alias TEς aliis ς 13 num TEς non ς 14 putant Eς putantes T 17 est Eς *om.* T 18 generis utriusque TE utriusque generis ς; *illud verum esse apparet ex clausula* 20 e TE ex ς 21 plurimae sunt familiae E sunt plurimae familiae T plurimae familiae sunt ς est Eς *om.* T 22 iuventia E iuventicia T inventicia ς tot ⟨quot⟩ *Wu.*; ex quo ⟨tot⟩ [plurimae] familiae sunt consulares [in quibus ... Iuventia] quot *Cob. p. 317*

hic est e praefectura Atinati non tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana. quantum interesse vis ad rationem petendi? primum utrum magis favere putas Atinatis an Tusculanos suis? alteri — scire enim hoc propter vicinitatem facile possum — cum huius ornatissimi atque optimi viri Cn. Saturnini patrem aedilem, cum praetorem viderunt, quod primus ille non modo in eam familiam, sed etiam in praefecturam illam sellam curulem attulisset, mirandum in modum laetati sunt; alteros — credo quia refertum est municipium consularibus; nam malivolos non esse certo scio — numquam intellexi vehementius suorum municipum
20 honore laetari. habemus hoc nos, habent nostra municipia. quid ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri ipsi prope dicam montesque faverunt. numquando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de Ti. Coruncanio municipe suo, num de tot Fulviis gloriari? verbum

---

1 e Tς ea E (*quod errore scriptum pro* ex) praefutura pro ·n· atinati E 3 utros ... [Atinatis an Tusculanos] *Cob. p. 203 deleta clausula nec commodo ordine verborum; si* utros *verum esset, expectarem* utros putas magis *eqs.* 10 quia Eς qua T 11 nam ... scio *Schol. B* malevolus *(sic) Schol. B* certo TEς *Schol. B* certe ς 12 suorum municipum (-pium T) TE hospitum suorum ς *unde* municipum *del. Huldricus* 13 honore Eς *om.* T 14 ⟨quid⟩ de *Grae. quo additamento disiunguntur fratres quos in sequentibus comprehendit orator* quorum ... favebant *Schol. B* 15 honoribus ω horibus *Schol. B* ipsi prope dicam TE *Schol. B* prope dicam ipsi ς montesque Tς mentesque E faverunt ω favebant *Schol. B quod tuentur cum alii tum O. Müller Herm. X 1875 p. 118 hexametrum quendam a Cicerone adhibitum esse coniciens. sed in hoc quoque imperfectum vix ferendum. errare videtur Mue. p. LXVII* 18 municipe suo *del. Gar. (propter Tac. Ann. 11, 24 ubi Coruncanios Camerio Romam accitos traditur) non meliore numero. nam in anaphorae partibus vox non demittitur, unde ante* num *clausula nulla. nec sine causa quod in Catone et in Fulviis supervacaneum erat, in Coruncanio necessitudo diserte significatur, quippe qui minus notus esset quam illi. cf. etiam Schroe. p. 21 sq.* fulvis E flulvis

nemo facit. at in quemcumque Arpinatem incideris,
etiamsi nolis, erit tamen tibi fortasse etiam de nobis
aliquid, sed certe de C. Mario audiendum. Primum igi-
tur hic habuit studia suorum ardentia, tu tanta quanta
in hominibus iam saturatis honoribus esse potuerunt.
Deinde tui municipes sunt illi quidem splendidissimi 21
homines, sed tamen pauci, siquidem cum Atinatibus
conferantur; huius praefectura plena virorum fortissi-
morum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit.
quam quidem nunc multitudinem videtis iudices, in
squalore et luctu supplicem vobis. hi tot equites Ro-
mani, tot tribuni aerarii — nam plebem a iudicio di-
misimus, quae cuncta comitiis adfuit — quid roboris,
quid dignitatis huius petitioni attulerunt? non enim
tribum Teretinam de qua dicam alio loco, sed dignita-
tem, sed oculorum coniectum, sed solidam et robustam
et assiduam frequentiam praebuerunt. nam municipia
coniunctione etiam vicinitatis vehementer moventur.
Omnia quae dico de Plancio, dico expertus in nobis; 9
sumus enim finitimi Atinatibus. laudanda est vel etiam 22
amanda vicinitas retinens veterem illum offici morem,
non infuscata malivolentia, non adsueta mendaciis,
non fucosa, non fallax, non erudita artificio simu-

---

T (*i.* fulvis *in exemplari ex* fluvis *correctum*) fabiis ς (*quod natum ex* fulbiis) *trisyllabam forma vindicat clausula*
1 at . . . audiendum *Schol. B* at *Schol. B* ς ad TE in quemcumque ω si in aliquem *Schol. B* incideris ς *Schol. B* inciderit TEς 2 etiamsi nolis *et* tamen *om. Schol. B* nolis Eς *Schol. B* nobis T etiam TE *Schol. B om.* ς 3 sed certe TE *Schol. B* sed dr̃e (*i.* dicere) ς aliquid et ς *deleta orationis iucunditate* 6 tui municipes . . . pauci *Schol. B* 9 sic ω sic ⟨est⟩ *Mo.* est *Hi.* 10 quam quidem . . . supplicem vobis *Schol. B*
12 aerari TE aeritimi ς 14 non ⟨modo⟩ *Cl. sed vide ne non idem fere valeat quod* non nunc dico tribum T. 15 teretinam E tiretinam T terentinam ς 17 nam *Cl.* nostra TE iam ς 21 amanda ω imitanda *Ka. p. 19* admiranda *Lg.* officii ω morem Eς mentem T *unde* illam . . . rationem *Wu. sine probabilitate* 23 non fucosa *Schol. B* fucosa TEς *Schol. B* fucata ς

lationis vel suburbano vel etiam urbano. nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo Casinas, nemo Aquinas. tractus ille celeberrimus Venafranus Allifanus, tota denique nostra illa aspera et montuosa et fidelis et simplex et fautrix suorum regio se huius honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur, isdemque nunc ex municipiis adsunt equites Romani publice cum [legatione] testimonio nec minore nunc sunt sollicitudine quam tum erant studio. Etenim est gravius spoliari fortunis quam non augeri dignitate.
23 ergo ut alia in te erant illustriora Laterensis, quae tibi maiores tui reliquerant, sic te Plancius hoc non solum municipii, verum etiam vicinitatis genere vincebat; nisi forte te Labicana aut Bovillana aut Gabina vicinitas adiuvabat, quibus e municipiis vix iam qui carnem Latinis petant reperiuntur. adiungam si vis id quod tu huic obesse etiam putas, patrem publicanum. qui ordo

---

2 Soranus *ed. Rom.* sopanus ω casinas E cassinas T ς *forma recentiore* 3 tractus T E tratas ς totus ς 4 allifanus ς allisanus T E nostra illa ς a nostra ita T E ea nostra ita *Bai. falso pronomine* 6 se huius T ς sed huius E 8 pluplicae T *del. Weid. p. 5;* legatione ⟨et⟩ *Gar. sed vix dici potest* cum legatione adesse. *nisi* legatione *ad explicandam vocem* publice *adscriptum esse crederem, proponerem* publica legatione cum testimonio 9 sunt T ς *om.* E quam tum E ς quantum T 11 ergo E ς etenim T *(e v. 9)* 14 aut bovillana aut gabina ς aut gabina aut bovillana aut gabinis T E *(ubi apparet verba* aut gabina *ad corrigendum errorem adscripta in textum penetrasse, sed ab initio hic quoque* bovillana *ante* aut gabina *fuisse)* aut b. aut g. aut gabinas (*vel* sabina) ς; *videtur Cicero tria nomina ita collocasse ut primo loco proximum, ultimo remotissimum commemoraretur. quod Schol. in explicatione nomina sic affert* oppida commemoraverat Lavicanum et Gabinum et Bovillas, *non videtur sequi Ciceronis ordinem, sed adiectiva quorum substantiva aut noluit adhibere aut nescivit, coniuncta proposuisse, ultimo loco* Bovillas *quam forma notiorem tenebat memoria* 15 quibus . . . repperiuntur *(sic) Schol. B* qui *om. Schol. B* 16 reperiuntur T E *Schol. B* inveniuntur (-antur ς) ς adiungamus . . . publicanum *Schol. B* adiungam ω adiungamus *Schol. B*; *cf. Arch. 15* adiungo 17 huic obesse (abesse *Schol. B*) etiam T E *Schol. B* etiam huic obesse ς

quanto adiumento sit in honore quis nescit? flos enim
equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamen-
tum rei publicae publicanorum ordine continetur. quis 24
est igitur qui neget ordinis eius studium fuisse in ho-
nore Planci singulare? neque iniuria, vel quod erat
pater is qui est princeps iam diu publicanorum, vel
quod is ab sociis unice diligebatur, vel quod diligen-
tissime rogabat, vel quia pro filio supplicabat, vel quod
huius ipsius in illum ordinem summa officia quaesturae
tribunatusque constabant, vel quod illi in hoc ornando
ordinem se ornare et consulere liberis suis arbitra-
bantur.

Aliquid praeterea — timide dico, sed tamen dicen- 19
dum est: non enim opibus, non invidiosa gratia, non
potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficii,
sed misericordia, sed precibus aliquid adtulimus etiam
nos. appellavi populum tributim, summisi et suppli-
cavi; ultro me hercule se mihi etiam offerentis, ultro
pollicentis rogavi. valuit causa rogandi, non gratia.
nec si vir amplissimus, cui nihil est quod roganti con- 25
cedi non iure possit, de aliquo ut dicis non impetravit,
ego sum adrogans quod me valuisse dico. nam ut
omittam illud quod ego pro eo laborabam, qui valebat
ipse per sese, rogatio ipsa semper est gratiosissima,

---

3 rei E ς re T ordine E ς ordinem T 4 ordinis eius T ς eius ordinis E; *effertur* eius *intermissa post vocem elatam* neget *voce* ordinis 6 vel quod ... supplicabat *Schol. B* 7 is E ς iis T *om. Schol. B* vel E ς *Schol. B* ut T quod T E ς *Schol. B* quia ς 8 quia ω *Schol. B* quod *Kay. fortasse Cicero* quia *scripsit, ne coacervatis longis syllabis nimis gravis fieret oratio* 9 ordinem ς ordine T E 13 aliquid ... etiam nos *Schol. B* timede T dico ω dicam *Schol. B; recte Lg. confert Flacc. 13* quae quaequam utilia sunt causae, timide tamen dico *eqs. utitur praesente postquam coepit eloqui quod timide dicit* 14 non enim ... precibus *om. Schol. B* 15 commeratione T 17 tributim T E tribuum ς tribubus ς 18 ultro ... rogavi *Schol. B* mehercule E ς mehercules T mercule *Schol. B* se T ς *Schol. B* esse E 19 valuit *ex* voluit T 20 nec si ... impetravit *Schol. B* 22 ut E ς *om.* T 24 rogatio ...

quae est officio necessitudinis coniuncta maxime. neque enim ego sic rogabam ut petere viderer quia familiaris esset meus, quia vicinus, quia huius parente semper plurimum essem usus, sed ut quasi parenti et custodi salutis meae. non potentia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa. nemo mea restitutione laetatus est, nemo iniuria doluit, cui non huius in me miseri-
26 cordia grata fuerit. etenim si ante reditum meum Cn. Plancio se vulgo viri boni, cum hic tribunatum peteret, ultro offerebant, cui nomen meum absentis honori fuisset, ei meas praesentis preces non putas profuisse? an Minturnenses coloni quod C. Marium e civili ferro atque ex impiis manibus eripuerunt, quod tecto receperunt, quod fessum inedia fluctibusque recrearunt, quod viaticum congesserunt, quod navigium dederunt, quod eum linquentem terram eam quam servarat, votis ominibus lacrimisque prosecuti sunt, aeterna in laude versantur: Plancio quod me vel vi pulsum vel ratione cedentem receperit iuverit custodierit, his et senatui populoque Romano ut haberent quem reducerent con-

---

gratiosissima *Schol. B* ipsa *ω* haec *Schol. B* est Eς *Schol. B om.* T gratiossissima T
2 enim TE *om.* ς 5 salutis meae TE meae ς meo ς potentia Eς petentia T 6 fuit Eς *om.* T 9 hic *del. Cob. p. 319* 10 cui Eς *om.* T nomen meum Tς meum nomen E; *illo ordine recte effertur vox* nomen; *accentus turbantur si cum Wundero* meum *delemus* absentis TE *om.* ς 11 meas *del. Boot ad Cic. Att. 11, 15, 2 male; necessario enim vox atonos inter voces accentu elatas* ei *et* praesentis *interponitur* praesentis *ex* -es T[1] praesentes Eς 12 an ... eripuerunt *Schol. B* minturnensem *Schol. B* e *Schol. B om. ω quod defendit W. A. Baehrens, Beiträge zur lat. Syntax. Philol. Suppl. XII 2 1912 p. 533, cf. Glotta VI 1915 p. 216 sq.* ferro *Schol. B* errore TEς cruore ς 16 servarat TE servaverat ς votis ominibus lacrimisque *Bai.* votis omnibus lacrimisque TE lacrimis votisque omnibus ς votis ominibusque et lacrimis *Mdv. Emend. in Cic. libris philos. I p. 40* 18 quod me ... cedentem *Schol. B* vi pulsum TEς *Schol. B* impulsum ς 19 et Tς ut E 20 quem TEς quod ς

servarit, honori hanc fidem misericordiam virtutem fuisse miraris?

11 27 Vitia mehercule Cn. Planci res eae de quibus dixi, tegere potuerunt, ne tu in ea vita de qua iam dicam, tot et tanta adiumenta huic honori fuisse mirere. hic est enim qui adulescentulus cum Aulo Torquato profectus in Africam sic ab illo gravissimo et sanctissimo atque omni laude et honore dignissimo viro dilectus est ut et contuberni necessitudo et adulescentis modestissimi pudor postulabat. quod si adesset non minus ille declararet quam hic illius frater patruelis et socer Titus Torquatus, omni illi et virtute et laude par, qui est quidem cum illo maximis vinclis et propinquitatis et adfinitatis coniunctus, sed ita magnis amoris ut illae necessitudinis causae leves esse videantur. Fuit in Creta postea contubernalis Saturnini propinqui sui, miles huius Q. Metelli. cui cum fuerit probatissimus hodieque sit, omnibus esse se probatum debet sperare. in ea provincia legatus fuit C. Sacerdos, qua virtute, qua constantia vir! L. Flaccus, qui homo, qui civis!

---

13 *inde a verbis* cum illo ... si omnes semper *(28 p. 490, 14) adest* B

3 cn. planci res eae TE res hae cn. pl. ς dixi tegere ς dixit aegere T dixit agere E 5 hic ... dilectus est *Schol. B* 6 est Eς *Schol. B om.* T 7 affricam T gravissimo Tς gravissimo viro E et sanctissimo ... dignissimo *om. Schol. B* 8 dilectus *Schol. B* ς delectus Tς dilectu E 9 adulescentis (adol. E) TE adolescentuli ς *(e v. 6); sed* adulescentulus *dicitur Plancius ubi cum ipso adulto comparatur,* adulescens *ubi cum Torquato* 10 si Eς *om.* T 11 illius frater Tς illustrator E 12 T. Tς tuus E omni illi TE illi omni ς et virtute TE virtute ς 13 vinclis BTE vinculis ς propinquitatis BEς appropinquitatis T 14 coniunctus BEς convictus T magn[i]s B *(ut coni. Panthagathus)* magni ω 15 videantur BEς videamur T fuit ... Metelli *Schol. B* 16 contubernalis ω *Schol. B* -les B 17 huiusque ... B *(sed dubitat de Ricci de sua lectione; nam* Metelli cui *non legitur in fragmento)* cui ς qui TEς (B *non legitur*) 18 se ω *om.* B debet sperare ω sperare debet B *(cf. Berl. Phil. Woch. 1912 p. 468)* 19 qua virtute ω quia v. B

⟨qui⟩ qualem hunc putent, adsiduitate testimonioque 28 declarant. In Macedonia tribunus militum fuit, in eadem provincia postea quaestor. primum Macedonia sic eum diligit ut indicant hi principes civitatum suarum. qui cum missi sint ob aliam causam, tamen huius repentino periculo commoti huic adsident, pro hoc laborant, huic si praesto fuerint gratius se civitatibus suis facturos putant, quam si legationem suam et mandata confecerint. L. vero Apuleius hunc tanti facit ut morem illum maiorum, qui praescribit in parentum loco quaestoribus suis praetores esse oportere, officiis benivolentiaque superarit. Tribunus plebis fuit non fortasse tam vehemens quam isti quos tu iure laudas, sed certe talis quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset tribunus.

12 Omitto illa quae si minus in scaena sunt, at certe 29 cum sunt prolata laudantur, ut vivat cum suis, primum cum parente — nam meo iudicio pietas fundamentum est omnium virtutum —, quem veretur ut deum — neque enim multo secus est parens liberis —, amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut aequalem. quid dicam cum patruo, cum affinibus, cum propinquis, cum hoc Cn. Saturnino ornatissimo viro? cuius quantam honoris huius cupiditatem fuisse creditis cum videtis luctus societatem? quid de me dicam qui mihi in huius periculo reus esse videor? quid de his tot viris talibus, quos videtis veste mutata? Atque haec sunt indicia

---

1 *add. Keil p. 8 om.* Bω 2 tr. militum B tr. miles TE 4 eum diligit ω diligit hunc B; *non sine causa Cicero cum oculos a cliente ad legatos convertit, de his utitur pronomine* hic, *de Plancio pronomine* is hi Eς ii T hi qui B 5 qui ω *om.* B sint ω sunt B ob ω in B 8 suam et mandata BTEς *(quae lectio firmatur clausula)* et mandata sua ς 10 qui ω *om.* B hunc BEς huc T 11 praestores B 12 benibolentiaque B tr. pl. . . . tribunus *Schol. B* 13 veaemens *Schol. B* 14 set certe taliis B 18 pietas Eς putas T pietas est ς pietas . . . ς 19 est TEς *om.* ς 20 multo Eς multos T 24 videtis TEς videatis ς 27 Atque Eς Adque T atqui ς indicia *et* haec *del. Wu.*

iudices solida et expressa, haec signa probitatis non
fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis veri-
tatis. facilis est illa occursatio et blanditia popularis;
aspicitur, non adtrectatur; procul apparet, non excuti-
tur, non in manus sumitur. omnibus igitur rebus orna- 30
tum hominem tam externis quam domesticis, nonnullis
rebus inferiorem quam te, genere dico et nomine, su-
periorem aliis, municipum vicinorum societatum stu-
dio, meorum temporum memoria, parem virtute inte-
gritate modestia aedilem factum esse miraris?

Hunc tu vitae splendorem maculis aspergis istis?
iacis adulteria quae nemo non modo nomine, sed ne
suspicione quidem possit agnoscere. 'bimaritum' ap-
pellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina. duc-
tum esse ab eo in provinciam aliquem dicis libidinis
causa, quod non crimen est, sed inpunitum in male-
dicto mendacium; raptam esse mimulam, quod dicitur
Atinae factum a iuventute vetere quodam in scaenicos
iure maximeque oppidano. o adulescentiam traductam 31
eleganter, cui quidem cum quod licuerit obiciatur, ta-

1 iudices solida TE solida iudices ς 2 fucata ς fugat a TE 3 facilis ω fragilis *Ba.* fallax *Ca. p. 268* futilis *O. Mueller, Herm. XII 1878 p. 301* 4 non excutitur *del. Ka. p. 20* 5 non in ... sumitur *del. Wu.* 6 tam ... quam E quam ... quam Tς quem ... quem ς qua ... qua *Wu.* 7 quam te Tς quanti ς genere dico et nomine *Gar.* generis dico et nominis TE generis et nominis dico ς; *supplebant ablativum unde genetivi penderent,* velut ⟨dignitate⟩, ⟨splendore⟩ *al. sed recti Bai. adnotat duo saltem substantiva apponenda fuisse; e. g. ferrem* ⟨dignitate⟩ generis dico et nominis ⟨decore⟩. *tamen vide ne genetivi ex voce* rebus *pendeant* 8 municipum Eς municipiorum T societatu T 9 meorum temporum TE temporum meorum ς parem TE partim ς patris ς 11 istis *del. Cob. p. 319: pronomen utique necessarium* 12 nomine ω crimine *Lb.* qua nemo ... crimina ... suspiciones *Kra. p. 119* 13 bimaritum TE maritum ς 15 dicis ς dicas TEς dictitas *coni. Mue. parum apte, nam dixit in sua oratione accusator* 16 in maledicto TE in maledico ς *del. vel coni.* maledici *Or.* (maledici hominis *dicendum fuisse sensit qui revera hoc proposuit Cob. p. 319*) 18 iuventute TE iuvene ς 20 cui ς qui TE

men id ipsum falsum reperiatur! emissus aliquis e carcere. et quidem emissus per inprudentiam, emissus ut cognostis necessari hominis optimique adulescentis rogatu; idem postea praemandatis requisitus. atque haec nec ulla alia sunt coniecta maledicta in eius vitam de cuius vos pudore religione integritate dubitetis.

13 'Pater vero' inquit 'etiam obesse filio debet.' o vocem duram atque indignam tua probitate Laterensis! pater ut in iudicio capitis, pater ut in dimicatione fortunarum, pater ut apud talis viros obesse filio debeat? qui si esset turpissimus, si sordidissimus, tamen ipso nomine patrio valeret apud clementis iudices et misericordes; valeret, inquam, communi sensu omnium
32 et dulcissima commendatione naturae. sed cum sit Cn. Plancius is eques Romanus, ea primum vetustate equestris nominis, ut pater, ut avus, ut maiores eius omnes equites Romani fuerint, summum in praefectura florentissima gradum tenuerint et dignitatis et gratiae, deinde ut ipse in legionibus P. Crassi imperatoris inter ornatissimos homines equites Romanos summo splendore fuerit, ut postea princeps inter suos plurimarum rerum sanctissimus et iustissimus iudex, maximarum societatum auctor, plurimarum magister: si non modo in eo nihil umquam reprehensum, sed laudata sunt omnia, tamen is oberit honestissimo filio pater qui vel minus honestum et alienum tueri vel auctoritate sua vel gratia possit?

33 'Asperius' inquit 'locutus est aliquid aliquando.' immo fortasse liberius. 'at id ipsum' inquit 'non est

---

1 aliquis Eς *(quod defenditur clausula)* aliqui Tς est aliquis ς  2 per inprudentiam emissus TE *om.* ς  ut cognostis Eς *om.* T  3 optimique Eς optime T  4 praemandatis Eς *(cf. Wu. ad h. l.)* praemandatus T praetoris mandatu *Turnebus* ⟨a⟩ praemandatis *coni. Cl.*  5 coniecta Eς coniuncta (*vel* -vincta) T  11 si sordidissimus TE sordidissimus ς  12 clementis Eς elementis T  16 nominis T *om.* E ordinis ς  24 laudata TEς laudanda ς

ferendum.' ergo ii ferendi sunt qui hoc queruntur, li-
bertatem equitis Romani se ferre non posse? ubinam
ille mos, ubi illa aequitas iuris, ubi illa antiqua libertas,
quae malis oppressa civilibus extollere iam caput et
aliquando recreata se erigere debebat? equitum ego
Romanorum in homines nobilissimos maledicta, publi-
canorum in Q. Scaevolam, virum omnibus ingenio iusti-
tia integritate praestantem aspere et ferociter et libere
dicta commemorem? consuli P. Nasicae praeco Gra- 14
nius medio in foro, cum ille edicto iustitio domum de-
cedens rogasset Granium quid tristis esset; an quod
reiectae auctiones essent: 'immo vero' inquit 'quod le-
gationes.' idem tribuno plebi potentissimo homini M.
Druso, sed multa in re publica molienti, cum ille eum
salutasset ⟨et⟩ ut fit dixisset: 'quid agis Grani?' re-
spondit: 'immo vero tu Druse quid agis?' Ille Luci
Crassi, ille M. Antoni voluntatem asperioribus facetiis
saepe perstrinxit inpune: nunc usque eo est oppressa
nostra adrogantia civitas, ut quae fuit olim praeconi in
ridendo, nunc equiti Romano in plorando non sit con-
cessa libertas. quae enim umquam fuit Planci vox con- 34

---

1 ii Tς hi Eς hoc TE *om.* ς libertatem ... Romani *del. Wu.* 5 se Tς si E debebat Eς debeat Tς ego publicanorum in Q. Scaevolam ... legationes *Schol. B* ego *ex* ergo E[1] 6 in Q. ω neque *Schol. B* maledicta *del. Weid. p. 5* 7 omnibus Eς omni T 8 et libere *om. Schol. B, del. Gar. tria adverbia tribus substantivis quodammodo respondent* 9 edicto iustitio ς edicio (editicio E) iustitio TEς edicto iustitia ς dictustitio *Schol. B* 10 decedens TEς *Schol. B* descendens ς discedens ς 11 esset ς isset E essem T quid tristis ω quin tius quis *Schol. B* 12 reiectae auctiones TE *Schol. B* auctiones ς auctores ς inquid T legationes E *Schol. B* legiones Tς 13 idem ... Druso *Schol. B* plebi *Schol. B* pl. T plebis E homini ω *om. Schol. B* 14 sed ω et *Kiehl, Mnem. III 1854 p. 231 add. Bai.* 15 dixisset TEς dixit ς dixissetque ς quid ... Grani *et* immo ... agis *Schol. B* 16 agis Eς agit T 17 crassi Tς crasse E voluntatem ω volubilitatem *Or.* 18 nunc ... civitas *Schol. B* 19 nostra TEς *Schol. B* vestra ς 21 fuit Planci vox E plancio vox fuit T

tumeliae potius quam doloris? quid est autem umquam questus nisi cum a sociis et a se iniuriam propulsaret? cum senatus impediretur, quominus, id quod hostibus semper erat tributum, responsum equitibus Romanis redderetur, omnibus illa iniuria dolori fuit publicanis, sed eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius. communis ille sensus in aliis fortasse latuit; hic, quod cum ceteris animo sentiebat, id magis quam ceteri et vultu
35 promptum habuit et lingua. Quamquam iudices — agnosco enim ex me — permulta in Plancium quae ab eo numquam dicta sunt conferuntur. ego quia dico aliquid aliquando non studio adductus, sed aut contentione dicendi aut lacessitus, et quia ut fit in multis exit aliquando aliquid si non perfacetum, at tamen fortasse non rusticum, quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. ego autem, siquid est quod mihi scitum esse videatur et homine ingenuo dignum atque docto, non aspernor, stomachor cum aliorum non me digna in me conferuntur. nam quod primus scivit legem de publicanis tum cum vir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatum si licuisset dedisset, si in eo crimen est quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si quia primus scivit, utrum id

---

fuit plancio vox ς; *recte efferuntur voces* umquam *et* Planci *et* contumeliae
5 fuit publicanis TE publicanis fuit ς 6 eum Eς cum T ipsum ς illum Tς *om.* E communis TEς cum minus ς communis ... et lingua *del. Rei. p. 4; sed recte omnia procedunt. dicit enim Cicero fere haec: communis ille publicanorum dolor a nonnullis non satis aperte sentiebatur, sed Plancius liberiore quam ceteri animo de eo locutus est* 9 promptum Eς protum T 11 ego quia ... dixisse dicunt *Schol. B* ego quia ... in me conferuntur *del. Königshoff, Criticorum et exegeticorum pars III 1861 p. 14 cf. Lg. ad h. l.* 12 sed aut TE *Schol. B* sed ς 15 me id Tς *Schol. B* id me E 16 siquid ς si quod TE 17 homine ingenuo Tς hominum ingenio E 18 stomachor TE stomachor vero ς ⟨sed⟩ stomachor *Cob. p. 320* 19 nam quod ... dedisset *Schol. B* scivit ω scivi *Schol, B* 20 id ω *om, Schol, B* 22 si in Tς sin E

sortis esse vis an eius qui illam legem ferebat? si sortis, nullum crimen est in casu; si consulis, splendor etiam Planci hunc a summo viro principem esse ordinis iudicatum.

15 36 Sed aliquando veniamus ad causam. in qua tu nomine legis Liciniae quae est de sodaliciis, omnis ambitus leges complexus es. neque enim quicquam aliud in hac lege nisi editicios iudices es secutus. quod genus iudiciorum si est aecum ulla in re nisi in hac tribuaria, non intellego quamobrem senatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas, de ipso denique ambitu reiectionem fieri voluerit iudicum alternorum, cumque nullum genus acerbitatis praetermitteret, hoc tamen unum praetereundum putarit. 37 Quid? huiusce rei tandem obscura causa est an et agitata tum cum ista in senatu res agebatur, et disputata hesterno die copiosissime a Q. Hortensio cui tum est senatus adsensus? hoc igitur sensimus: 'cuiuscumque tribus

1 vis T ς eius E 2 casu ς casum TE splendor etiam Planci ω *quibus deletis* ⟨statuis⟩ *Cl.* 3 hunc ω tunc *Cob. p. 320* esse TE *om.* ς 6 quae ... sodaliciis *del. Ba., Mnem. IX 1860 p. 270; quid sibi velit lex Licinia, accuratius indicatur, propterea quod accusator eam non recte adhibuit* sodaliciis E ς solatiis T 7 leges ς legis TE ς neque enim ... secutus es *Schol. B* neque enim ... secutus *Serv. ed. 3, 50 additum in edit. Masviciana a. 1717* aliud ω aluit *Schol. B* 8 es secutus ς esse secutus TE secutus es *Schol. B* secutus *Serv.* assecutus es *Cob. Mnem. III 1854 p. 231* 9 iudiciorum ω iudicum *Lb. (propter v. 13) recte autem de iudiciorum genere dicit, quibus iudices editicii iudicant* tribuaria TE ς tributaria ς 13 reiectionem TE de reiectionem ς de reiectione ς voluerit *ex* voluit E[1] iudicum TE iudiciorum ς *(e v. 9 repetitum) Mdv. Adv. III 1884 p. 148; cf. Schol. Bob. Vat. 27 p. 149, 9* legem . . . videbatur P. Vatinius in tribunatu suo perrogasse ut alternorum iudicum reiectio fieret 16 huiusce rei (-us caerei T) TE huius rei ς tandem TE *om.* ς 18 copiosissime TE copiosius ς tum TE *om.* ς *quod probat Keil p. 8 non recte. nam addita temporis notio ne ad verba* hesterno die *referatur membrum cui sic sequentia bene adhaerent* 19 cuiuscumque ω cuius quisque *Cob. p. 320*

largitor esset, et per hanc consensionem quae magis
honeste quam vere sodalitas nominaretur, quam quis-
que tribum turpi largitione corrumperet, eum maxime
iis hominibus qui eius tribus essent esse notum.’ ita
putavit senatus, cum reo tribus ederentur eae quas is
largitione devinctas haberet, eosdem fore testis et
iudices. acerbum omnino genus iudicii, sed tamen si vel
16 sua vel ea quae maxime esset cuique coniuncta tribus
38 ederetur, vix recusandum. Tu autem Laterensis, quas
tribus edidisti? Teretinam credo. fuit certe id aecum
et certe expectatum est et fuit dignum constantia tua.
cuius tu tribus venditorem et corruptorem et seque-
strem Plancium fuisse clamitas, eam tribum profecto,
severissimorum praesertim hominum et gravissimorum,
edere debuisti. at Voltiniam; lubet enim tibi nescio-
quid etiam de illa tribu criminari. hanc igitur ipsam
cur non edidisti? quid Plancio cum Lemonia, quid cum
Ufentina, quid cum Clustumina? nam Maeciam non
39 quae iudicaret, sed quae reiceretur, esse voluisti. Du-
bitatis igitur iudices quin vos M. Laterensis suo iudi-
cio non ad sententiam legis, sed ad suam spem aliquam
de civitate delegerit? dubitatis quin eas tribus in qui-
bus magnas necessitudines habet Plancius, cum ille
non ediderit, iudicarit officiis ab hoc observatas, non
largitione corruptas? quid enim potest dicere, cur ista

---

1 et *del. Ern. non recte* hanc TE *om.* ς magis E magna (*ortus error ex commutatione litterarum* -is *et* a) T magistratuum ς 2 honeste quam vere TE honesteque ς quam ... corrumperet *del. Cob. p. 321* 3 eum Eς cum Tς 4 iis *ed. Ven.* his ω *del. Cob. l. l. non intellecto legum sermone* 5 is Eς his T 7 si ⟨cui⟩ vel *Cob. l. l. quod supervacaneum est propter* cuique 9 vix ⟨reo⟩ *Busche, Woch. f. Philol. 1912 p. 346* 10 teretinam TE terentinam ς aecuum T 11 et ς est TE 12 venditorem ω emptorem *Sylvius* 13 tribum *del. Cob. l. l.* 15 vultiniam T lubet T libet Eς iubet ς enim Eς etenim T 18 ufentina TE uientina ς Oufentina *Bai.* clustumina TEς crustumina ς; *cf. Balb. 57 p. 396, 8* maeciam E m. eciam ς III (*vel* tertiam) etiam ς etiam T 25 corruptas TE *om.* ς potest ω potes *Wu.*

editio non summam habeat acerbitatem, remota ratione
illa quam in decernendo secuti sumus? tu deligas ex 40
omni populo aut amicos tuos aut inimicos meos aut denique eos quos inexorabilis, quos inhumanos, quos crudelis existimes; tu me ignaro necopinante inscio notes et tuos et tuorum amicorum necessarios vel iniquos vel meos vel etiam defensorum meorum, eodemque adiungas quos natura putes asperos atque omnibus iniquos. deinde effundas repente, ut ante consessum meorum iudicum videam quam potuerim qui essent futuri suspicari, apud eosque me ne quinque quidem reiectis, quod in proximo reo de consilii sententia constitutum est, cogas causam de fortunis omnibus dicere?
non enim si aut Plancius ita vixit ut offenderet sciens 41
neminem, aut tu ita errasti ut eos ederes inprudens, ut nos invito te tamen ad iudices, non ad carnifices veniremus, idcirco ista editio per se non acerba est.

An vero nuper clarissimi cives nomen editici iudicis 17
non tulerunt, cum ex CXXV iudicibus principibus equestris ordinis quinque et LXX reus reiceret, quinquaginta referret, omniaque potius permiscuerunt quam ei legi condicionique parerent: nos neque ex delectis iudicibus, sed ex omni populo, neque editos ad re-

---

2 deligas Eς diligas T  5 tu me ... omnibus iniquos *del. Wu. cf. Lg. p. 114*  tu ω tum *Lg. quae particula non apta videtur propterea quod ipso deligendo Laterensis notat amicos et inimicos*  inscio ς in sieco T in sicco Eς in suto (*vel* sicto) ς  6 notes ω convoces *Cl. quod ad sequentia non quadrat*  amicorum TE *om.* ς  vel iniquos vel TEς vel inimicos vel ς; *primum* vel *del. Gar. (qui* inimicos *probat) et Or.*  11 aput *(sic)* ... causam dicere *Schol. B*  eosque ς *Schol. B* eos qui TEς  13 de fortunis omnibus *om. Schol. B*  14 non enim ... acerba est *Schol. B*  16 *pro* nos *hodie lacuna in Schol. B*  18 an vero ... tulerunt *Schol. B*  editici TEς *(sicut coni. Gar.)* editi ς editicium *Schol. B*  20 reus Tς reos E  21 referret ω ferret *J. F. Gronov.* retineret *Cob. p. 323.* referre *non intellego* in iudicum numerum, *sed ex numero oblato reliquis improbatis reddere quamquam clausula heroica dubitationem movet*  23 reiciendum ς resciendum TE

iciendum, sed ab accusatore constitutos iudices ita fe-
42 remus ut neminem reiciamus? neque ego nunc legis iniquitatem queror, sed factum tuum a sententia legis doceo discrepare. Et illud acerbum iudicium si quemadmodum senatus censuit populusque iussit ita fecisses, ut huic et suam et ab hoc observatas tribus ederes, non modo non quererer, sed hunc iis iudicibus editis qui idem testes esse possent absolutum putarem. neque nunc multo secus existimo. cum enim has tribus edidisti, ignotis te iudicibus uti malle quam notis indicavisti; fugisti sententiam legis, aequitatem omnem reiecisti, in tenebris quam in luce causam versari
43 maluisti. 'Voltinia tribus ab hoc corrupta, Teretinam habuerat venalem. quid diceret apud Voltiniensis aut apud tribulis suos iudices?' immo vero tu quid diceres? quem iudicem ex illis aut tacitum testem haberes aut vero etiam excitares? etenim si reus tribus ederet, Voltiniam fortasse Plancius propter necessitudinem ac vicinitatem, suam vero certe edidisset. et si quaesitor huic edendus fuisset, quem tandem potius quam hunc C. Alfium quem habet, cui notissimus esse debet, vicinum tribulem gravissimum hominem iustissimumque edidisset? cuius quidem aequitas et ea voluntas erga Cn. Planci salutem quam ille sine ulla cupiditatis suspicione prae se fert, facile declarat, non fuisse fugiendos tribulis huic iudices cui quaesitorem

---

2 reiciamus ς resciamus TE 4 doceo Eς deceo T 6 huic TE hunc ς tribus TE *om.* ς 7 ederes TE ederent ς quererer Eς querer T iis T his E *om.* ς 8 idem testes TE testes idem ς 11 indicavisti ς iudicavisti TEς 13 teretinam TE terentinam ς 14 apud voltiniensis aut apud tribulis E apud veltioriensis aut apud voltiniensis tribulis T apud volt. aut tribulis ς 16 quem ω quum *Rauius* haberes aut Eς habere se aut T 17 tribus Tς tribum E 18 necessitudinem ac (aut T) vicinitatem TE vicinitatem ac necessitudinem ς 19 certe TE *om.* ς et ς ut TEς vel *Keil p. 9* aut *Ha.; possis etiam* ac 20 huic TE *om.* ς 21 quem habet *del. Cob. p. 323 verba mimime inania* 23 ea ET mea ς meae *vel* meae similis ς 26 fugiendos tribulis TE fugien-

tribulem exoptandum fuisse videatis. Neque ego nunc 18 44 consilium reprehendo tuum, quod ⟨non⟩ eas tribus quibus erat hic maxime notus, edideris, sed a te doceo consilium non servatum senatus. etenim quis te tum audiret illorum, aut quid diceres? sequestremne Plancium? respuerent aures, nemo agnosceret, repudiarent. an gratiosum? illi libenter audirent, nos non timide confiteremur. noli enim putare Laterensis, legibus istis quas senatus de ambitu sanciri voluerit, id esse actum ut suffragatio, ut observantia, ut gratia tolleretur. semper fuerunt viri boni qui apud tribulis suos gratiosi esse vellent; neque vero tam durus in 45 plebem noster ordo fuit, ut eam coli nostra modica liberalitate noluerit, neque hoc liberis nostris interdicendum est ne observent tribulis suos, ne diligant, ne conficere necessariis suis suam tribum possint, ne par ab iis munus in sua petitione respectent. haec enim plena sunt offici, plena observantiae, plena etiam antiquitatis. isto in genere et fuimus ipsi cum ambitionis nostrae tempora postulabant, et clarissimos viros esse vidimus, et hodie esse volumus quam plurimos gratiosos. decuriatio tribulium, discriptio populi, suf-

---

dum tribulem ς; *vide an ab initio* fugiendum tribulis *traditum fuerit* quaesitorem Eς quaestorem Tς
1 neque ego ... senatus *del. Ca. p. 269. cf. Mue. p. LXVIII* 2 *puto* reprendo non *om.* TEς *add.* ς *vel hic vel ante* edideris 3 erat *ut supra* TE, *post* notus ς 5 diceres Eς diceret T 6 respuerent ς respuerint TEς 7 repudiarent TE repudiaretur ς *(vix peius), del. Wu. non intellecta gradatione verborum* 8 timede T 9 sanciri *Man.* sancire ω 11 viri boni TE boni viri ς 12 vero Eς *om.* T 14 liberalitate Eς libertate T neque Eς meque T 17 iis Tς his E respectent ω *(quod firmatur clausula)* exspectent *Lb.* respectare *intellego mutuum expectare vel ut par referatur expectare* 19 antiquitatis ω humanitatis *Ca. p. 269, cf. Ka. p. 20* fuimus Eς fugimus T 20 nostrae TE nostra ς 21 et ae hodie T volumus TEς videmus ς *Cob. p. 324 male* 22 gratiosos *del. Wu., non sine vi in fine membri collocatum est et defenditur clausula* decuratio T tribulium *ed. Ven.* tri-

fragia largitione devincta severitatem senatus et bonorum omnium iram ac dolorem excitarunt. haec doce, haec profer, huc incumbe Laterensis, decuriasse Plancium conscripsisse sequestrem fuisse pronuntiasse divisisse: tum mirabor te iis armis uti quae tibi lex dabat noluisse. tribulibus enim iudicibus non modo severitatem illorum si ista vera sunt, sed ne vultus
46 quidem ferre possemus. hanc tu rationem cum fugeris cumque eos iudices habere nolueris, quorum in huius delicto cum scientia certissima, tum dolor gravissimus esse debuerit, quid apud hos dices qui abs te taciti requirunt, cur sibi hoc oneris inposueris, cur se potissimum delegeris, cur denique se divinare malueris
19 quam eos qui scirent iudicare? Ego Plancium Laterensis et ipsum gratiosum esse dico et habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos; quos tu si sodalis vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso; sin quia gratiosi sint accusandos putas, noli mirari te id quod tua dignitas postularit, repudiandis gra-
47 tiosorum amicitiis non esse adsecutum. nam ut ego doceo gratiosum esse in sua tribu Plancium, quod mul-

---

14 ego Plancium ... adsecutum *(v. 20) et* gra]tiosum e[sse) *(v. 21) et* suos totam *(501, 4)* ... ambitus caus- *(501, 10) habet* B

bulum ω discriptio *Buecheler, Rhein. Mus. XIII 1858 p. 598* descriptio ω
2 iram *Cob. Mnem. III 1854 p. 231* vim ω odium *Mue. illud verisimilius, nam* dolor *post* odium *debilitat orationem; distinguitur inter* iram *i. subitam animi commotionem et* dolorem *i. perpetuum sensum* excitarunt Eς excitarent Tς excitarem ς
5 te iis (*vel* his) ς telis TE uti quae ς utique TEς
7 vultus Eς vultis T 8 tu rationem ς iurationem TE vi rationem ς fugeris Eς fugetis T 9 cumque Eς cu (*vel* tu) T *unde* cum *Kay.* eos *ed. Gryphii* hos ω 10 cum Tς tum E scientia ω conscientia *Cob. Mnem. III 1854 p. 231, cui substantivo adi.* certissima *non aptum* 12 sibi hoc TE hoc tibi (*vel* sibi) ς; *recte effertur* sibi 15 petitione BEς -nem T 16 sui ω vi B 17 criminoso ω criminosa B 18 sint TEς sunt ς (B *non exstat*) accusandos ω excusandos B
20 nam TE iam ς 21 in sua TE *om.* ς

tis benigne fecerit, pro multis spoponderit, in operas plurimos patris auctoritate et gratia miserit, quod denique omnibus officiis per se, per patrem, per maiores suos totam Atinatem praefecturam conprehenderit, sic tu doce sequestrem fuisse largitum esse conscripsisse tribulis decuriavisse. quod si non potes, noli tollere ex ordine nostro liberalitatem, noli maleficium putare esse gratiam, noli observantiam sancire poena.

Itaque haesitantem te in hoc sodaliciorum tribuario crimine ad communem ambitus causam contulisti, in qua desinamus aliquando si videtur vulgari et pervagata declamatione contendere. sic enim tecum ago: quam tibi commodumst, tribum unam delige; tu doce, 48
id quod debes, per quem sequestrem, quo divisore corrupta sit; ego si id facere non potueris, quod ut opinio mea fert ne incipies quidem, per quem tulerit docebo. estne haec vera contentio? placetne sic agi? num possum magis pedem conferre ut aiunt aut propius accedere? quid taces, quid dissimulas, quid tergiversaris? etiam atque etiam insto atque urgeo, insector posco atque adeo flagito crimen. quamcumque tribum inquam delegeris, quam tulerit Plancius, tu ostendito si poteris vitium; ego qua ratione tulerit docebo. neque

---

1 pro multis Eς pro multos T 3 *secundum* per *om.* T 4 atinatem BEς per annatem T comprehenderit ω conprehenderi B 5 tu ω tuo B doce sequestrem ς doces equestrem (aequ- T) TE *(in* B *solum* do| ........ trem *servatum)* 6 nolli B 8 noli ... poena *Arus. GL VII 511, 10* (*tamquam ex oratione* pro Sylla) observantiam *Arus.* ω observantia B 9 haesitantem te Eς hesiante te T haesitante B tribuaris ω
ẽ
tribunario B 13 commodum est Tς commodumsit E[1] tribum unam TE unam tribum ς delige; tu doce *recte distinxit Wu. ante eum vulgo* delige tu; doce 15 ego Eς ergo T quod ... quidem *del. Rei. p. 5* 16 per qu⟨os⟩ e⟨a⟩m *Ka. p. 21* 17 placetne Tς placet si est E num TE non ς 18 conferre Eς ferre T aut Eς ut T 20 insector ς insertor T insequor E 21 adeo Eς ideo Tς 23 poteris Tς potueris E *(vix peius)* neque TE nec ς

erit haec alia ratio Plancio ac tibi Laterensis. nam ut quas tribus tu tulisti, si iam ex te requiram, possis quorum studio tuleris explicare, sic ego hoc contendo me tibi ipsi adversario, cuiuscumque tribus rationem poposceris, redditurum.

20 49 Sed cur ego sic ago? quasi non comitiis iam superioribus sit Plancius designatus aedilis. quae comitia primum habere coepit consul cum omnibus in rebus summa auctoritate, tum harum ipsarum legum ambitus auctor; deinde habere coepit subito praeter opinionem omnium, et ne si cogitasset quidem largiri quispiam, daretur spatium conparandi. vocatae tribus, latum suffragium, diribitae ⟨tabellae⟩, renuntiatae. longe plurimum valuit Plancius. nulla largitionis nec fuit nec esse potuit suspicio. ain tandem? una centuria praerogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo umquam prior eam tulerit quin renuntiatus sit aut iis ipsis comitiis consul aut certe in illum annum: aedilem tu Plancium factum esse miraris, in quo non exigua pars populi, sed universus populus voluntatem suam declararit, cuius in honore non unius tribus pars, sed
50 comitia tota comitiis fuerint praerogativa? quo quidem tempore Laterensis si id facere voluisses, aut si gravitatis esse putasses tuae quod multi nobiles saepe fecerunt, ut cum minus valuissent suffragiis quam pu-

---

1 tibi TE *om.* ς laterensis TE laterensi ς ut tu quas tribus tulisti *Ha. non melius* 2 si iam Eς sic iam ς suam Tς
4 adversario *del. Kay. quo dempto* ipsi *suam perdit vim* cuiuscumque ς cuiusque TEς 6 ego ς *om.* TEς; *addito* ego *efferuntur* cur *et* sic, *id quod ad sententiam quadrat* comitiis Eς commotus T 7 sit ς si TE 11 omnium Eς *om.* T largiri quispiam TE quispiam largiri ς 13 diribitae TE diripite ς descriptae ς *add. Wu. idem del.* renuntiatae; *quae notio necessaria videtur. renuntiatae ipsae tabellae dicuntur paulo liberius pro eo quod in eis scriptum est* 15 ain TE an ς 17 prior *post* ipsis *transposuit Paul deleta vivacitate sermonis* iis Tς his Eς *fort. recte* 21 sed Eς *om.* T
22 comitia Eς comitio T fuerint ς fuerit TEς fuerunt ς
23 laterensis si id TE si id laterensis ς

tassent, postea prolatis comitiis prosternerent se et populo Romano fracto animo atque humili supplicarent, non dubito quin omnis ad te conversura fuerit multitudo. numquam enim fere nobilitas, integra praesertim atque innocens, a populo Romano supplex repudiatast. Sed si tibi gravitas tua et magnitudo animi pluris fuit, sicuti esse debuit, quam aedilitas, noli cum habeas id quod malueris, desiderare id quod minoris putaris. equidem primum ut honore dignus essem maxime semper laboravi, secundo ut existimarer; tertium mihi fuit illud quod plerisque primum est ipse honos, qui iis denique debet esse iucundus, quorum dignitati populus Romanus testimonium, non beneficium ambitioni dedit.

Quaeris etiam Laterensis, quid imaginibus tuis, quid 21 51
ornatissimo atque optimo viro patri tuo respondeas mortuo. noli ista meditari atque illud cave potius ne tua ista querella dolorque nimius ab illis sapientissimis viris reprendatur. vidit enim pater tuus Appium Claudium nobilissimum hominem vivo fratre suo potentissimo et clarissimo civi C. Claudio, aedilem non esse factum et eundem sine repulsa factum esse consulem; vidit hominem sibi maxime coniunctum egregium virum L. Volcacium, vidit M. Pisonem ista in aedilitate

---

3 *Arus. GL VII 462, 21* conversu⟨ru⟩s ad te pro convertendus Cic. pro Planc⟨i⟩o: non dubito quin omnes conṽ. [ṽ.] f̃. m̃ non dubito *Arus.* Eς nunc habito T ⟨se⟩ *ante* conversurus ς *post ed. Ven. post* omnis *addidit Cob. p. 324 contra disertum Arusiani testimonium* 4 numquam ... supplex *Schol. B* fere TE *om.* ς *Schol. B* integra Eς *Schol. B* integer T 5 Romano ω *om. Schol. B* repudiata est E repudiata sunt T r. fuit ς 6 si tibi Eς sit ibi T 7 sicuti TE sicut ς sicuti ... debuit *del. Königshoff l. l. p. 15 (cf. ad p. 494, 11) ne Ciceronis sententia discreparet ab iis quae supra 12 p. 479, 11 sq. dixit. sed revera non est discrepantia* 10 secundo ω secundo ⟨loco⟩ *Hi. admodum probabiliter (cf. e. g. leg. 1, 35)* secundum *coni. Cl.* 19 reprehendatur ω vidit Eς vicit T 20 fratre *Borghesi* patre ω *cf. Mue. p. LXIX* 24 ista ... accepta *Prisc. GL II 108, 18* ista in TE *Prisc.* in ista ς

offensiuncula accepta summos a populo Romano esse honores adeptos. avus vero tuus et P. Nasicae tibi aediliciam praedicaret repulsam, quo cive neminem ego statuo in hac re publica fortiorem, et C. Mari qui duabus aedilitatis acceptis repulsis septies consul est factus, et L. Caesaris Cn. Octavi M. Tulli quos omnes sci-
52 mus aedilitate praeteritos consules esse factos. Sed quid ego aedilicias repulsas colligo? quae saepe eiusmodi habitae sunt ut iis qui praeteriti essent benigne a populo factum videretur. tribunus militum L. Philippus summa nobilitate et eloquentia, quaestor C. Caelius clarissimus ac fortissimus adulescens, tribuni plebis P. Rutilius Rufus C. Fimbria C. Cassius Cn. Orestes facti non sunt, quos tamen omnis consules factos scimus esse. quae tibi ultro pater et maiores tui non consolandi tui gratia dicent, neque vero quo te liberent aliqua culpa quam tu vereris ne a te suscepta videatur, sed ut te ad istum cursum tenendum quem a prima aetate suscepisti cohortentur. nihil est enim mihi crede Laterensis de te detractum. ⟨detractum⟩ dico; si me hercule vere quod accidit interpretari velis, est aliquid
22 etiam de virtute significatum tua. noli enim existimare non magnum quendam motum fuisse illius petitionis tuae, de qua ne aliquid iurares destitisti. denuntiasti homo adulescens quid de summa re publica sentires, fortius tu quidem quam nonnulli defuncti honoribus,

---

2 honores *inter scrib. ex* homines T  avus ... repulsam *Schol. B*  nasica ibi *Schol. B*  4 fortiorem Eς fortitorem T  5 aedilitatis acceptis repulsis Tς aedilitatibus repulsus E *quod mirari licet probatum esse Orellio*  9 iis Tς his E  11 quaestor Eς quaesitor T  C. ς *Man.* Q. TEς  14 quos ... esse *Schol. B*  factos scimus Tς *Schol. B* scimus factos E  15 maiores ς maioris TE  16 consolandi [tui] *Cob. p. 324; persona necessario significatur, ne de se ipsis consolandis quis cogitet*  17 quam ω quae *coni. Mue. inutiliter*  18 istum cursum TEς cursum istum ς  20 *add. Ang.*  si me Eς sisne T  22 noli ... destitisti *Schol. B*  23 motum ω votum *Schol. B*  25 re p. TE rei (*vel* r.) p. ς

sed apertius quam vel ambitionis vel aetatis tuae ratio postulabat. quamobrem in dissentiente populo noli pu- 53
tare nullos fuisse quorum animos tuus ille fortis animus offenderet; qui te incautum fortasse nunc tuo loco demovere potuerunt, providentem autem et praecaventem numquam certe movebunt.

An te illa argumenta duxerunt? 'dubitatis' inquit 'quin coitio facta sit, cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius?' an una fieri potuerunt si una tribus non tulissent? 'at nonnullas punctis paene totidem.' quippe cum iam facti prope superioribus comitiis declaratique venissent. quamquam ne id quidem suspicionem coitionis habuerit. neque enim umquam maiores nostri sortitionem constituissent aediliciam, nisi viderent accidere posse ut competitores pares suffragiis essent. et ais prioribus comitiis Aniensem a Plotio 54
Pedio, Teretinam a Plancio tibi esse concessam; nunc ab utroque eas avulsas ne in angustum venirent. quam convenit nondum cognita populi voluntate hos quos iam tum coniunctos fuisse dicis, iacturam suarum tribuum quo vos adiuvaremini fecisse; eosdem cum iam essent experti quid valerent, restrictos et tenacis fuisse? etenim verebantur credo angustias. quasi res in contentionem aut in discrimen aliquod posset venire. Sed tamen tu A. Plotium virum ornatissimum

---

5 providentem Eς providentiam T autem TE ante ς 6 numquam ς nunc quam TE movebunt ω demovebunt *Ern.* *(peiore clausula)* 7 An te ... Plancius *Schol. B* dubitatis ω dubitabitis *Schol. B male* inquit *del. Cob. p. 324; sed recte Cicero tertia persona utitur cum Laterensem verba ad iudices convertentem facit* 10 at *ed. Crat.* an ω 11 facti ς factis TEς 13 coicionis Tς comitiis E 14 sortitionem Eς sortionem T 15 viderent ω vidissent *Koe.* [viderent] accidere posse⟨t⟩ *Cob. p. 324 cf. Lg. ad h. l.* 16 plotio pedio TE potius plodio ς plocio ς 17 teretinam TE terentinam ς a ς *om.* TEς; *vix licet de praepositione ἀπὸ κοινοῦ posita cogitare* 20 iam Eς tam T 21 fecisse Eς fuisse T 24 posset Tς possent E 25 a plotium E amplocium T an pl. ς

in idem crimen vocando indicas eum te arripuisse a
quo non sis rogatus. nam quod questus es plures te
testes habere de Voltinia quam quot in ea tribu puncta
tuleris, indicas aut eos testis te producere qui quia
nummos acceperint, te praeterierint, aut te ne gra-
23 tuita quidem eorum suffragia tulisse. illud vero cri-
55 men de nummis quos in circo Flaminio deprehensos
esse dixisti, caluit re recenti, nunc in causa refrixit.
neque enim qui illi nummi fuerint nec quae tribus nec
qui divisor ostendis. atque is quidem eductus ad con-
sules, qui tum in crimen vocabatur, se inique a tuis
iactatum graviter querebatur. qui si erat divisor, prae-
sertim eius quem tu habebas reum, cur abs te reus non
est factus? cur non eius damnatione aliquid ad hoc
iudicium praeiudicii comparasti?

Sed neque tu haec habes neque eis confidis. alia te
ratio, alia cogitatio ad spem huius opprimendi exci-
tavit. magnae sunt in te opes, late patet gratia; multi
amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuae. multi
huic invident, multis etiam pater optimus vir nimium
retinens equestris iuris et libertatis videtur; multi etiam
communes inimici reorum omnium qui ita semper testi-
monium de ambitu dicunt, quasi aut moveant animos
iudicum suis testimoniis aut gratum populo Romano
sit aut ab eo facilius ob eam causam dignitatem quam
56 volunt consequantur. quibuscum me iudices pugnan-

---

1 vocando TE vocandum ς indicas *Gar.* iudicas ω 2 rogatus ω provocatus *Ka. p. 21* interrogatus *Cl.* te Eς *om.* T 3 quot ς quod TEς 4 indicas *Ang.* iudicas ω producere TE adducere ς 8 re Eς *om.* T 10 ostendis TE ostenderis (-as ς) ς atque ω atqui *Hi.* 12 iactatum Eς iactatus ς iacturam Tς 14 cur non ... comparasti *Schol. B* non *om.* T damnationi *Schol. B* ad Eς *Schol. B* ab T 16 haec habes *(i. habes parata)* TE habes haec ς haec exhibes *Cl.* haec ⟨magni⟩ habes *Ka. p. 21* 22 reorum ς rerum Eς reum T 24 iudicum TE *om.* ς suis testimoniis *del. Wu.* 25 aut *in* E *bis et in fine et initio columnae* 26 quibuscum ... postulet *Schol. B* me Eς *Schol. B* ne T

tem more meo pristino non videbitis; non quo mihi fas sit quicquam defugere quod salus Planci postulet, sed quia neque necesse est me id persequi voce, quod vos mente videatis, et quod ita de me meriti sunt illi ipsi quos ego testis video paratos, ut eorum reprehensionem vos vestrae prudentiae adsumere, meae modestiae remittere debeatis. Illud unum vos magnopere oro atque obsecro iudices, cum huius quem defendo, tum communis periculi causa, ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoque sermoni fortunas innocen-
tium subiciendas putetis. multi amici accusatoris, non- 57
nulli etiam nostri iniqui, multi communes obtrectatores atque omnium invidi multa finxerunt. nihil est autem tam volucre quam maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius dissipatur. neque ego si fontem maledicti reperietis, ut neglegatis aut dissimuletis umquam postulabo. sed siquid sine capite manabit aut erit eiusmodi ut non extet auctor, qui audierit, aut ita neglegens vobis esse videbitur, ut unde audierit oblitus sit, aut ita levem habebit auctorem, ut memoria dignum non putarit, huius illa vox vulgaris 'audivi' nequid innocenti reo noceat oramus.

Sed venio iam ad L. Cassium familiarem meum, 24 58
cuius ex oratione ne illum quidem Iuventium tecum expostulavi, quem ille omni et humanitate et virtute ornatus adulescens primum de plebe aedilem curulem

---

1 more meo TE *Schol. B* meo more ς 2 defugere *Schol. B* effugere ω 4 sunt ς sint TE 5 testis Eς testi T 6 modestiae Eς molestiae T 10 sermoni ς sermone TE 11 multi ... finxerunt *del. Rei. p. 14* accusatoris ς accusatores TEς 12 iniqui ω inimici *Lb., cf. Lg. ad 40 p. 114* 15 nihil *del. Wu. male* latius TEς ⟨nihil⟩ latius ς 16 repperietis T ut TEς ut ⟨aut⟩ ς 17 umquam Eς aimquam T 18 aut *Wu.* aut quod TE aut quid ς aut ⟨si⟩quid ς qui ⟨autem⟩ audierit *Bai.* ⟨si⟩qui aud. *Koe.* qui audierit ⟨autem⟩ *Holden* 21 vox Eς *om.* T 22 audivi TEς auditu ς innocenti reo TE reo inn. ς 23 iam Eς *om.* T 25 expostulavi ω expostulabo *Pantagathus* humanitate (humilitate T) et virtute TE virtute et humanitate ς

factum esse dixit. in quo Cassi si ita tibi respondeam, nescisse id populum Romanum, neque fuisse qui id nobis narraret, praesertim mortuo Congo, non ut opinor admirere, cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis me hic id ex te primum audisse confitear. et quoniam tua fuit perelegans et persubtilis oratio, digna equitis Romani vel studio vel pudore, quoniamque sic ab his es auditus, ut magnus honos et ingenio et humanitati tuae tribueretur, respondebo ad ea quae dixisti, quae pleraque de ipso me fuerunt. in quibus ipsi aculei siquos habuisti in me reprehendendo, tamen
59 mihi non ingrati acciderunt. Quaesisti utrum mihi putarem equitis Romani filio faciliorem fuisse ad adipiscendos honores viam an futuram esse filio meo, quia esset familia consulari. ego vero quamquam illi omnia malo quam mihi, tamen honorum aditus numquam illi faciliores optavi quam mihi fuerunt. quin etiam ne forte ille sibi me potius peperisse iam honores quam iter demonstrasse adipiscendorum putet, haec illi soleo praecipere — quamquam ad praecepta aetas non est grandis —, quae rex ille a Iove ortus suis praecipit filiis: 'vigilandum est semper; multae

---

1 in quo ... Congo *Schol. B* ita tibi TE tibi ita *Schol. B* illa (ista ς) tibi ς 2 neque fuisse qui id (quid *Schol. B*) nobis Eς *Schol. B* reque id fuisse qui nobis T 3 Congo *Roth, Rhein. Mus. VIII 1853 p. 615* conco *Schol. B (et in textu et in explicatione)* longe E long. T longino ς; *est Iunius Congus historicus notus ex Lucil. 596* 5 primum audisse Eς audisse primum T confitear Tς confiteor E 7 pudore *(i. verecundia)* ω sudore *Koch, Rhein. Mus. XIII 1858 p. 285* 8 honos Eς hono. T 10 pleraque Eς plerique T ipso me E ipsos me T ipso fine ς (*quod natum videtur e lectione* T) 11 ipsi Eς ipsa T 15 familia Tς e familia E 16 tamen TE tamen illi ς numquam illi TE numquam ς 17 faciliores ς -ris TE 21 grandis *RKl. Jahrb. XCI 1865 p. 803* gnarus TEς gnatus (-tis) ς generatus ς *del. Or. fort. recte* quae rex *RKl. l. l.* quare TEς quae ς 22 praecipit T *(quod commendatur clausula)* praecepit Eς vigilandum Eς iugulandum T

insidiae sunt bonis' nostis cetera; nonne? 'id quod multi invideant......' quae scripsit gravis et ingeniosus poëta, scripsit non ut illos regios pueros qui iam nusquam erant, sed ut nos et nostros liberos ad laborem et ad laudem excitaret.

Quaeris quid potuerit amplius assequi Plancius, si 60
Cn. Scipionis fuisset filius. magis aedilis fieri non potuisset, sed hoc praestaret quod ei minus invideretur. etenim honorum gradus summis hominibus et infimis sunt pares, gloriae dispares. quis nostrum se dicit M'. 25
Curio, quis C. Fabricio, quis C. Duellio parem, quis Atilio Calatino, quis Cn. et P. Scipionibus, quis Africano Marcello Maximo? tamen eosdem sumus honorum gradus quos illi adsecuti. Etenim in virtute multi sunt ascensus, ut is maxime gloria excellat, qui virtute plurimum praestet; honorum populi finis est consulatus. quem magistratum iam octingenti fere consecuti sunt. horum si diligenter quaeres, vix decimam partem reperies gloria dignam. Sed nemo umquam

---

1 nostis *Ang.* nostris ω nosti *Or.; appellatur totum iudicium* cetera TE ceteraque ς 2 invideant *edd.* videant ω; *Acc. TRF 203 (cf. Sest. 102 p. 223, 9 sq.)* id . . . invideant *post* bonis *traiecit Cl. (praeeunte ex parte Koepkio) del. Or.* nonne . . . invideant *del. Mdv. Adv. II 2873 p. 231. qui omnes sermonis facilitatem et elegantiam pessime corrumpunt; rem expedivit Vahlen, Opusc. acad. II 1908 p. 331 sq.* quae ω qui *Vahlen* 3 scripsit *om. unus ex* ς *del. Wu. defendit Vahlen* 5 et ad TE et ς 7 *post* filius *repetitum* et filius *in* T 8 praestaret TEς praestare ς 9 [summis] omnibus [et infimis] *Rei. p. 6 quasi non priore membro potuerit orator pro nudo* omnibus, *quod sane ad alterum quadrat, hanc notionem dividere* 10 dispares Eς dissipares T M' *Lb.* ·m· ω 11 C. Duellio *Ursinus* p. duellio Eς duellio T 12 ⟨A.⟩ Atilio *Kay. inutiliter* atilio calatino Tς atillio calatine E affricano T 13 tamen TE *om.* ς sumus Tς summos E 14 multi sunt TE multis ς 15 adsensus T maxime gloria TE gloria maxime ς 16 *huc spectare videtur Auson. grat. act. 6, 25* negat Cicero consularis ultra se habere quod cupiat 18 quaeres TEς quaeras ς *vix peius* 19 reperies ς reperis (reppe- T) TEς

sic egit ut tu: 'cur iste fit consul? quid potuit amplius si L. Brutus esset qui civitatem dominatu regio liberavit?' honore nihil amplius, laude multum. Sic igitur Plancius nihilominus quaestor est factus et tribunus plebis et aedilis quam si esset summo loco natus, sed haec pari loco orti sunt innumerabiles alii consecuti.

61 Profers triumphos T. Didi et C. Mari et quaeris quid simile in Plancio. quasi vero isti quos commemoras propterea magistratus ceperint quod triumpharint, et non ⟨triumpharint⟩, quia commissi sunt iis magistratus, in quibus re bene gesta triumpharent. Rogas quae castra viderit: qui et miles in Creta hoc imperatore et tribunus in Macedonia militum fuerit, et quaestor tantum ex re militari detraxerit temporis, quantum in me

62 custodiendum transferre maluerit. Quaeris num disertus sit. immo — id quod secundum est — ne sibi quidem videtur. Num iuris consultus. quasi quisquam sit qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat. omnes enim istiusmodi artes in iis reprehenduntur qui cum professi sunt, satisfacere non possunt, non in iis qui se afuisse ab istis studiis confitentur. virtus probitas integritas in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. ut nos in mancipiis parandis quamvis frugi hominem si pro fabro aut pro

---

1 fit ς sit TE  3 sit igitur ... quaestor [est] factus ... natus [sed] haec *eqs. Rauius, Variae lect. I p. 163*  7 didi TEς *om. in lac.* ς  quid ⟨sit⟩ *Bai.*  9 magistratus *edd.* magg. TE magis ς  ceperint TE *om. in lac.* ς *(nisi quod in quibusdam suppletum est* gesserint *vel* laude fuerint digni)  10 triumpharint TEς -runt ς triumpharant *Vahlen l. l. p. 324*  *add. Vahlen*  11 in quibus ⟨triumpharent⟩ re bene gesta triumphiarint *C. Wex, Jahrb. XCI 1865 p. 268* triumpharent ⟨propterea triumphiarint⟩ *Mue.*  12 ⟨Metello⟩ hoc *Naug.* hoc ⟨Q. Metello⟩ *Ca. p. 270; quem nominavit 27 p. 489, 17*  13 militum *quam vocem post* tribunum *traiecit unus ex* ς *del. Wu. defenderunt Schroe. p. 24 et Vahlen*  16 sit TE *om.* ς  18 falsum Eς salsum T  19 iis *edd.* his *ω*  reprehenduntur *ω* requiruntur *Cob. p. 327, cf. Mue. p. LXX*  20 satis Eς fatis T  iis Tς his E  21 se TE *om.* ς  afuisse T abfuisse Eς

tectore eminus, ferre moleste solemus, si eas artes quas in emendo secuti sumus, forte nesciverit, sin autem emimus quem vilicum imponeremus, quem pecori praeficeremus, nihil in eo nisi frugalitatem laborem vigilantiam esse curamus, sic populus Romanus deligit magistratus quasi rei publicae vilicos; in quibus siquae praeterea est ars, facile patitur, sin minus, virtute eorum et innocentia contentus est. quotus enim quisque disertus, quotus quisque iuris peritus est, ut eos numeres qui volunt esse? quodsi praeterea nemo est honore dignus, quidnam tot optimis et ornatissimis civibus est futurum? 26

Iubes Plancium de vitiis Laterensis dicere. nihil potest nisi eum nimis in se iracundum [putabis] fuisse. 63
Idem effers Laterensem laudibus. facile patior id te agere multis verbis quod ad iudicium non pertineat, et id te accusantem tamdiu dicere quod ego defensori sine periculo possim confiteri. atqui non modo confiteor summa in Laterense ornamenta esse, sed te etiam reprehendo quod ea non enumeres, alia quaedam inania et levia conquiras. 'Praeneste fecisse ludos.' quid? alii quaestores nonne fecerunt? 'Cyrenis liberalem in

---

1 tectore TE textore ς emimus Eς eminus T 2 nesciverit ς -rint ς nesciunt TE 3 vilicum Tς villicum Eς 5 magistratus . . . sin minus virtu- *om.* T 6 villicos E quae E qua ς 10 nemo est TEς *om.* ς 11 ornatissimis Eς ordinatissimis T 14 eum Eς cum T *del. Gul.;* ł fuisse putavisse (*ita ut* putabis fuisse *ortum sit ex* putabisse) *Cl. elegantissime, tamen expectarem praesentis infinitivum. quamquam unde* putabis *inlatum sit, me non assequi confiteor. sed quod conieceram* fortassis fuisse, *abieci propterea quod hac forma Cicero non usus esse videtur* 15 effers Eς ut fers T *unde* ecfers *Gar. probabiliter* 17 defensori E defensor T defensor ς defensurus *RKl.* defensori *scil. si Plancium ego accusarem ac tu defenderes* 18 confiteor . . . esse *Prisc. GL II 335, 10* (*propter abl.* Laterense) 20 enumeres Eς enumeras T *unde v. 21* conquiris *Ha. parum probabiliter* 21 praeneste ς pranestae TE

publicanos, iustum in socios fuisse.' quis negat? sed ita multa Romae geruntur, ut vix ea quae fiunt in provinciis audiantur.

Non vereor ne mihi aliquid iudices videar adrogare,
64 si de quaestura mea dixero. quamvis enim illa floruerit, tamen eum me postea fuisse in maximis imperiis arbitror, ut non ita multum mihi gloriae sit ex quaesturae laude repetendum. sed tamen non vereor nequis audeat dicere ullius in Sicilia quaesturam aut clariorem aut gratiorem fuisse. vere me hercule hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines aliud Romae nisi de quaestura mea loqui. frumenti in summa caritate maximum numerum miseram; negotiatoribus comis, mercatoribus iustus, mancipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus; excogitati quidam erant a Siculis honores in me inauditi. itaque hac spe decedebam ut mihi populum Romanum ultro omnia delaturum putarem. At ego cum casu diebus
65 iis itineris faciendi causa decedens e provincia Puteolos forte venissem, cum plurimi et lautissimi in his locis solent esse, concidi paene iudices cum ex me quidam quaesisset, quo die Roma exissem, et numquidnam esset novi. cui cum respondissem me de provincia decedere: 'etiam

---

4 non vereor . . . dixero *Schol. B* videar ω videas *Schol. B* adrogare TE *Schol. B* arrogasse ς 6 imperiis TE *om.* ς rebus *add.* ς 7 multum mihi TE mihi multum ς gloriae TEς *om.* ς 8 laude Eς laudandae T 9 clariorem aut gratiorem TE gratiorem aut clariorem ς 14 iustus Eς iustis T mancipibus TE municipibus ς omnibus Eς ab omnibus T 15 visus Tς usus E 16 in me TE *om.* ς 17 decedebam Eς decebam T 19 iis Tς his E decedens e provincia *del. Ca. p. 270 (om. unus ex* ς *prima manu) verba utique necessaria* 21 in his locis solent esse TE solent esse in his locis ς 22 numquidnam TE numquid in ea ς 23 cum Eς *om.* T me de *Freund* mea e Eς mea T *(quod probat Wu. persona falso elata)* mea e ς. *sane utrumque dicitur et* decedere de provincia *et* d. ex provincia. *sed differentia ea est ut praepositione* ex *locus potissimum significetur. itaque recte et supra* decedens e provincia *dictum est et in sequentibus* ex

me hercule' inquit 'ut opinor ex Africa.' huic ego iam 27
stomachans fastidiose: 'immo ex Sicilia' inquam. tum quidam quasi qui omnia sciret: 'quid? tu nescis' inquit 'hunc quaestorem Syracusis fuisse?' quid multa? destiti stomachari et me unum ex iis feci qui ad aquas venissent.

Sed ea res iudices haut scio an plus mihi profuerit 66
quam si mihi tum essent omnes gratulati. nam posteaquam sensi populi Romani auris hebetiores, oculos autem esse acris atque acutos, destiti quid de me audituri essent homines cogitare; feci ut postea cotidie praesentem me viderent, habitavi in oculis, pressi forum; neminem a congressu meo neque ianitor meus neque somnus absterruit. etquid ego dicam de occupatis meis temporibus cui fuerit ne otium quidem umquam otiosum? nam quas tu commemoras Cassi legere te solere orationes, cum otiosus sis, has ego scripsi ludis et feriis, ne omnino umquam essem otiosus. etenim M. Catonis illud quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et praeclarum putavi, 'clarorum homi-

---

Africa. *sed hic res paulo aliter comparata* decedere Eς decere T

1 inquid *et hic et v. 3* T 2 ex sicilia inquam tum Eς exicilia in quantum T 3 quasi Eς *om.* T 4 quaestorem syracusis TE syracusis quaestorem ς *falso accentu* 5 iis ς his TE 7 sed ea res ... gratulati *Schol. B* haut ω aut *Schol. B* plus mihi profuerit ω pluris mihi fuerit *Schol. B* 8 gratulati TE *Schol. B* congratulati ς *fort. recte, meliore clausula nec sensu refragante* 9 populi R. ς p. R. TEς populum R. ς populo Romano *Or. non recte, quia sic vis vocis* auris *infringitur* hebetiores T autem esse TE *om.* ς 10 acutos TEς acutos habere ς 12 forum *Pantagathus* eorum ω 13 congressu ς congressum TE 14 etquid ω *(cf. ad Pis. 26 p. 421, 15)* ecquid *ed. Gryph.* sed quid *Lb.* 15 ne otium quidem umquam TE negotium numquam ς negotium quidem unquam (*vel* numquam) ς 17 has ω eas *Bai. inutiliter* ludis TEς rudis ς feriis TE ferus ς 19 quod ... suarum *suspectum habet Cl. vix recte* suarum *del. Cob. p. 327* *Cato orig. fragm. 1, 2 p. 3 Jordan* 20 hominum TE virorum ς

num atque magnorum non minus otii quam negotii rationem extare oportere.' itaque siquam habeo laudem, quae quanta sit nescio, parta Romae est, quaesita in foro; meaque privata consilia publici quoque casus comprobaverunt, ut etiam summa res publica mihi domi fuerit 67 gerenda et urbs in urbe servanda. eadem igitur Cassi via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam, hoc facilior fortasse, quod ego huc a me ortus et per me nixus ascendi, istius egregia virtus adiuvabitur commendatione maiorum.

Sed ut redeam ad Plancium, numquam ex urbe afuit nisi sorte lege necessitate. non valuit rebus iisdem quibus fortasse nonnulli, at valuit assiduitate, valuit observandis amicis, valuit liberalitate. fuit in oculis, petivit, ea est usus ratione vitae qua minima invidia novi homines plurimi sunt eosdem honores consecuti.

28 68 Nam quod ais Cassi, non plus me Plancio debere quam bonis omnibus, quod iis aeque mea salus cara fuerit, ego me debere bonis omnibus fateor. sed etiam ii quibus ego debeo, boni viri et cives comitiis aediliciis aliquid se meo nomine Plancio debere dicebant. verum fac me multis debere et in iis Plancio: utrum igitur

---

1 *cf. praeter locos ab Jordano laudatos Ennod. carm. 1, 9 praef. (CSEV VI p. 532, 13)* simul etiam percepi animo quod si reddenda est de otioso sermone ratio, non minus de otioso silentio  2 itaque TEς ita ς  4 quoque Eς quos T  6 eadem ... ascendi *Schol. B*  7 laterensi ς *Schol. B* laterensis TE  virtutis ς *Schol. B* virtuti TE  8 a ω ad *Schol. B*  9 istius Eς *om.* T  11 afuit *Bai.* abfuit Eς is fuit T is afuit *Gar.*  12 sorte Eς forte Tς  valuit ... assiduitate *om.* T  14 observandis *Naug.* adservandis TE *(quod sensu observandi proprie tantum dictum esse videtur, cf. Thes. ling. lat. II 873, 36)* servandis ς  amicis ω amicitiis *Kra. p. 119 inutiliter* fuit in oculis Eς fuit in oculis fuit T *unde alterius membri partem excidisse conieceris. sed cf. v. 21*  15 ea TE *om.* ς  vitae TE *om.* ς  16 sunt TE *om.* ς *(nisi quod nonnulli* ς *post* consecuti *addiderunt)*  18 omnibus quod Eς hominibus quo T  iis Tς his E  20 ii Tς hi Eς  21 plancio debere TE debere plancio ς  22 fac me Eς me fac me T  in Eς *om.* T  iis T his Eς

me conturbare oportet an ceteris, cum cuiusque dies venerit, hoc nomen quod urget nunc cum petitur dissolvere? quamquam dissimilis est pecuniae debitio et gratiae. nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id quod reddidit; qui autem debet, is retinet alienum; gratiam autem et qui refert, habet, et qui habet in eo ipso quod habet refert. neque ego nunc Plancio desinam debere si hoc solvero, nec minus ei redderem voluntate ipsa si hoc molestiae non accidisset. Quaeris 69
a me Cassi, quid pro fratre meo qui mihi est carissimus, quid pro meis liberis quibus nihil mihi potest esse iucundius, amplius quam quod pro Plancio facio facere possim, nec vides istorum ipsorum caritate ad huius salutem defendendam maxime stimulari me atque excitari. nam neque illis huius salute, a quo meam sciunt esse defensam, quicquam est optatius, et ego ipse numquam illos aspicio quin cum per hunc me iis conservatum esse meminerim, huius meritum in me recorder.

Opimium damnatum esse commemoras, servatorem ipsum rei publicae, Calidium adiungis, cuius lege Q. Metellus in civitatem sit restitutus; reprehendis meas pro Plancio preces quod neque Opimius suo nomine liberatus sit neque Metelli Calidius. de Calidio tibi 29
tantum respondeo quod ipse vidi, Q. Metellum Pium

---

2 hoc ω huic *Wu., sed cf. Keil p. 7* 3 quamquam ... gratiae *Schol.B* quamquam ... accidisset *Gell. 1, 4, 2. cf. Non. 203, 24* (*propter substantivum* debitio) num alia est debitio pecuniae, alia gratiae. *cf. pop. grat. 23 p. 38, 19 ubi vide quod adnotavimus* pecuniae debitio *ex* fortunae debito *Schol. B* (*cf. p. 164, 12 St.* verbum quoque non incuriose adnotemus quod debitionem pecuniae dixit) 5 is TEς *Gell.* aes ς *quod probat Mdv. Adv. II p. 587 adn., cf. Mue. p. LXXI* qui autem ... alienum *del. Kra. p. 119, cf. pop. grat. 23* 6 gratiam ... habet refert *Schol. B, idem repetit Gell. 1, 4, 6* habet et qui *om. Schol. B* in ω *Gell. om. Schol. B* 11 mihi potest TE potest mihi ς 12 quod TE *om.* ς 17 cum TE *om.* ς iis T his Eς 19 opimium Eς opium T 20 Q. metellus Eς que metellius T 21 civitatem Eς -te T 22 neque TE nec ς 23 neque TE nec Q. ς 24 *Val. Max. 5, 2, 7 confert Thormeyer, De Valerio*

consulem praetoriis comitiis petente Q. Calidio populo Romano supplicasse, cum quidem non dubitaret et consul et homo nobilissimus patronum esse illum suum
70 et familiae suae nobilissimae dicere. quo loco quaero ex te num id in iudicio Calidi putes, quod ego in Planci facio, aut Metellum Pium si Romae esse potuisset, aut patrem eius si vixisset, non fuisse facturum. nam Opimi quidem calamitas utinam ex hominum memoria posset evelli! vulnus illud rei publicae, dedecus huius imperii, turpitudo populi Romani, non iudicium putandum est. quam enim illi iudices, si iudices et non parricidae patriae nominandi sunt, graviorem potuerunt rei publicae infligere securim, quam cum illum e civitate eiecerunt, qui praetor finitimo, consul domestico bello rem publicam liberarat? At enim nimis
71 ego magnum beneficium Planci facio et ut ais id verbis exaggero. quasi vero me tuo arbitratu et non meo gratum esse oporteat. 'quod istius tantum meritum?' inquit; 'an quia te non iugulavit?' immo vero quia iugulari passus non est. quo quidem tu loco Cassi etiam purgasti inimicos meos meaeque vitae nullas ab illis insidias fuisse dixisti. posuit hoc idem Laterensis. quamobrem de isto paulo post plura dicam; de te tantum requiro utrum putes odium in me mediocre inimicorum fuisse — quod fuit ullorum umquam

---

*Maximo et Cicerone quaestione criticae 1902 p. 50, quo loco quod Valerius tradit, si ex Cicerone fluxit, certe non ex solo Cicerone sumptum est*

1 petente Q. Tς petentique E 3 esse illum TE illum esse ς illum et *Wu.* et *Ern.* 4 suae ς *om.* TE dicere Eς ducere T 5 plancii Eς plancio Tς 11 illi *s. v. add.* E[1] iudices si *om.* T 14 eiecerunt *om.* T praetor Eς praeter T 15 rem p. liberarat Eς rep. liberat T at enim nimis ego Eς at ego nimiis T 16 Planci *Lb.* plancio ω, *unde* ⟨in⟩ Plancio *Cl. parum probabiliter* facio TE *om.* ς iacto ς *mg.* 23 de isto paulo post ς paulo post de (pde T) isto TE 25 *post* ullorum *in* ς *repetita verba* tantum requiro utrum putes odium. *(in archetypo huius familiae aberrantibus librarii*

barbarorum tam inmane ac tam crudele in hostem? — an fuisse in iis aliquem aut famae metum aut poenae, quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in delubris, vim in tota urbe versari. nisi forte existimas eos idcirco vitae meae pepercisse, quod de reditu meo nil timerent. etquemquam putas fuisse tam excordem, qui vivis his, stante urbe et curia rediturum me si viverem non putaret? quamobrem non debes is homo et is civis praedicare vitam meam, quae fidelitate amicorum conservata sit, inimicorum modestia non esse adpetitam.

Respondebo tibi nunc Laterensis minus fortasse 30
vehementer, quam abs te sum provocatus, sed profecto 72
nec considerate minus nec minus amice. nam primum fuit illud asperius, me quae de Plancio dicerem mentiri et temporis causa fingere. scilicet homo sapiens excogitavi quamobrem viderer maximis beneficii vinclis obstrictus, cum liber essem et solutus. quid enim? mihi ad defendendum Plancium parum multae, parum iustae necessitudines erant familiaritatis vicinitatis patris amicitiae? quae si non essent, vererer credo ne turpiter facerem, si hoc splendore et hac dignitate hominem defenderem. fingenda mihi fuit videlicet causa peracuta, ut ei quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. at id etiam gregarii milites

---

*oculis ab* odium *ad* ullorum *videntur omissa fuisse verba* in me ... ullorum, *deinde quod ad resarciendum detrimentum adscriptum erat in margine* tantum requiro ... ullorum *in ipsum textum intrasse*)

2 aliquiem T 4 forte TE *om.* ς 5 meae Eς me T 6 nihil TE non ς *om.* ς 8 is homo et is civis Eς his homo et his cuius T 10 sit ω est *Mdv. Adv. II 1873 p. 231* modestia ς molestia TEς 15 fuit illud TEς illud fuit ς mentiri ω ementiri *Ba.* 17 vinclis E vinculis Tς 20 familiaritatis ... turpiter *om.* T *(duobus vel tribus exemplaris versibus omissis)* 21 vererer Eς vereor ς 23 mihi fuit TEς fuit mihi ς videlicet TEς iudices ς 24 ei Eς ea T 25 at id ... fateantur *Schol. B* milites faciunt Eς *Schol. B* faciunt milites T

faciunt inviti, ut coronam dent civicam et se ab aliquo servatos esse fateantur, non quo turpe sit protectum in acie ex hostium manibus eripi — nam id accidere nisi forti viro et pugnanti comminus non potest —, sed onus beneficii reformidant, quod permagnum est
73 alieno debere idem quod parenti. Ego cum ceteri vera beneficia etiam minora dissimulent, ne obligati esse videantur, eo me beneficio obstrictum esse ementior cui ne referri quidem gratia posse videatur? An hoc tu Laterensis ignoras? qui cum mihi esses amicissimus, cum vel periculum vitae tuae mecum sociare voluisses, cum me in illo tristi et acerbo luctu atque discessu non lacrimis solum tuis, sed animo corpore copiis prosecutus esses, cum meos liberos et uxorem me absente tuis opibus auxilioque defendisses, sic mecum semper egisti, te mihi remittere atque concedere, ut omne studium meum in Cn. Planci honore consumerem, quod eius in me meritum tibi etiam ipsi gratum esse dicebas.
74 nihil autem me novi, nihil temporis causa dicere, nonne etiam est illa testis oratio, quae est a me prima habita in senatu? in qua cum perpaucis nominatim egissem gratias quod omnes enumerari nullo modo possent, scelus autem esset quemquam praeteriri, statuissemque eos solum nominare qui causae nostrae duces et quasi signiferi fuissent, in his Plancio gratias egi. recitetur oratio quae propter rei magnitudinem dicta de

---

1 civicam Tς *Schol. B* cuiquam E 3 ex TE et ς *om.* ς 5 beneficii ω officii *Ruhnken, Mnem. III 1854 p. 231 deleta elegantia* 6 vera Eς verba T 11 tuae *del. Hi.* tum *Wex, Jahrb. CXI 1865 p. 268* 16 te Tς tu E studium meum Tς meum studium E 17 honore TEς honorem ς 18 ipsi TE *om.* ς 20 est illa testis TE illa testis est ς 22 modo Eς *om.* T 23 esset Eς *om.* T *cf. sen. grat. 30 p. 20, 2* nam difficile est non aliquem, nefas quemquam praeterire *(ubi debebam hunc Plancianae locum inter testimonia adferre)* 24 causae nostrae Tς nostrae causae E 25 *cf. sen. grat. 35 p. 22, 20* recitetur TE reciteturque ς 26 rei TE eius ς de scripto ς descripta TEς

scripto est; in qua ego homo astutus ei me dedebam cui nihil magnopere deberem, et huius officii tanti servitutem astringebam testimonio sempiterno. nolo cetera quae a me mandata sunt litteris recitare, praetermitto ne aut proferre videar ad tempus, aut eo genere uti litterarum quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse videatur.

Atque etiam clamitas Laterensis: ‘quo usque ista 31 75
dices? nihil in Cispio profecisti; obsoletae iam sunt preces tuae.’ de Cispio mihi igitur obicies quem ego de me bene meritum quia te teste cognoram, te eodem auctore defendi? et ei dices ‘quo usque?’ quem negas, quod pro Cispio contenderim, impetrare potuisse? nam istius verbi ‘quo usque’ haec poterat esse invidia: ‘datus est tibi ille, condonatus est ille; non facis finem? ferre non possumus.’ ei quidem qui pro uno laborarit, ⟨qui⟩ id ipsum non optinuerit, dici ‘quo usque?’ inridentis magis est quam reprendentis. nisi forte ego unus ita me gessi in iudiciis, ita et cum his et inter hos vixi, is in causis patronus, is in re publica civis et sum et sem-

---

1 me dedebam E medebam T me debeam (debebam ς) ς 2 officii tanti TE tanti officii ς servitutem ω servitute me *Man. eleganter quidem, sed propter alterum ablativum parum commode* 3 astringebam TE astringam ς astringendam ς nolo ... recitare *Schol. B* 5 videar Tς *om.* E eo Eς ego T 6 literrarum T 8 clamitas ς calamitas E calamitas T 9 dices *Ph. Thielmann, Arch. f. Lex. VI 1889 p. 66* iudices E dicis Tς cipio TE sciprio ς *(item v. 10 et 13)* obsoletae T absolutae Eς iam sunt Tς sunt iam E *recte dist. Wu. ante eum post* Cispio *distinguebant* igitur TE videtur ς 11 quia Tς qua E teste Eς certe T cognoram T cognoveram Eς 13 contenderim TEς contenderit ς *Keil p. 10 cf. Mue. p. LXXI* potuisse Tς potuissem E nam ... finem *Schol. B* 14 haec poterat ω poterat haec *Schol. B* 15 condonatus est ille *om. Schol. B* est T *om.* Eς 16 qui ⟨quod⟩ *Mue. add. AKl.* 17 id ipsum TE ipsum id ς et ipsum id *vel* et id ipsum ς dici ω dicere *Cob. p. 328* 18 reprehendentis Eς respondentis T (*quod ex* reprendentis *potius corruptum quam ex* reprehen-) 20 is in ς *(quod verum esse demonstratur anaphora)* in his TEς *unde* in iis *Bai.* is in ... patronus *del. Ka. p. 22*

per fui, solus ut a te constituar qui nihil a iudicibus
76 debeam umquam impetrare. Et mihi lacrimulam Cispiani iudici obiectas. sic enim dixisti: ‘vidi ego tuam lacrimulam.’ vide quam me verbi tui paeniteat. non modo lacrimulam, sed multas lacrimas et fletum cum singultu videre potuisti. an ego qui meorum lacrimis me absente commotus simultates quas mecum habebat deposuisset, meaeque salutis non modo non oppugnator, ut inimici mei putarant, sed etiam defensor fuisset, huius in periculo non significarem dolorem meum? tu autem Laterensis qui tum lacrimas meas gratas esse dicebas, nunc easdem vis invidiosas videri?

32 77 Negas tribunatum Planci quicquam attulisse adiumenti dignitati meae atque hoc loco, quod verissime facere potes, Luci Racili fortissimi et constantissimi viri divina in me merita commemoras. cui quidem ego sicut Cn. Plancio numquam dissimulavi me plurimum debere, semperque prae me feram; nullas enim sibi ille neque contentiones neque inimicitias neque vitae dimicationes nec pro re publica nec pro me defugiendas putavit. atque utinam quam ego sum in illum gratus, tam licuisset per hominum vim et iniuriam po-

---

3 iudicii ω sic enim . . . lacrimulam *Schol. B* tuam lacrimulam T ς *Schol. B* lacrimulam tuam E 4 me T ς *om.* E verbi tui E ς tui verbi T ς 5 fletum E ς fletu T 7 me E ς *om.* T
8 non oppugnator . . . in periculo *om.* T 10 *post* periculo *in* E *statim subsequuntur nullo erroris indicio* hic interesse gratum criminaris *(p. 521, 6)* . . . gratus videri *(p. 522, 3) tunc continuo scripta sunt* non significarem . . . quod me *(p. 521, 6), deinde* sed haec ego meis *(p. 522, 3). apparet* interesse *ex* me esse *corruptum,* hic *ad locum damni significandum adscriptum fuisse, errorem iam in ipso codicis* E *exemplari extitisse. quae cum ita sint, in avo aut proavo codici* E *duobus foliis commutatis peccatum esse verisimile est* significarem dolorem meum TE dolorem meum significarem ς 16 cui ς cui me T qui me E; *de iterato pronomine ne cogitemus obstat ordo verborum*
17 sicut Cn. *Or.* sicut in TE sicut ς sicuti *Lb.* 18 prae me feram ς praeferam TE *cf. Lg. p. 116* 20 defugiendas E ς diffugiendas T 22 populo R. T ς p. r. E ς populi R. ς; *prop-*

pulo Romano ei gratiam referre! sed si non eadem contendit in tribunatu Plancius, existimare debes non huic voluntatem defuisse, sed me cum tantum iam Plancio deberem, Racili beneficiis fuisse contentum. an vero 78 putas idcirco minus iudices mea causa esse facturos, quod me esse gratum crimineris? an cum patres conscripti illo senatus consulto quod in monumento Mari factum est, quo mea salus omnibus est gentibus commendata, uni Cn. Plancio gratias egerint — unus enim fuit de magistratibus defensor salutis meae —, cui senatus pro me gratias agendas putavit, ei ego a me referendam gratiam non putem? atque haec cum vides, quo me tandem in te animo putas esse Laterensis? ullum esse tantum periculum, tantum laborem, tantam contentionem, quam ego non modo pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerem? quo quidem etiam magis sum non dicam miser — nam hoc quidem abhorret a virtute verbum —, sed certe exercitus, non quia multis debeo — leve enim est onus beneficii gratia —, sed quia saepe concurrunt * * * * * propter ali-

---

*ter* ego *necessario significatur persona quae Plancio gratiam referat; itaque dativus unice verus*

1 ei ς et TEς referre *Gar.* referri ω 3 sed me ... contentum *Schol. B* tantum E *Schol. B om.* Tς 4 racilii *Schol. B* marcii racilii Eς p marci racili T beneficiis ω -cii *Schol. B*

5 idcirco minus iudices *Bai.* idcirco minus libenter iudices TE *(quo servato* ⟨omnia⟩ mea causa *coni. Cl.)* iudices idcirco minus ς 6 crimineris Tς criminaris E 7 illo S · C. ... factum est *Schol. B* monumento Eς *Schol. B* monimento T 9 Cn. Eς C. T egerint *Gar.* egerit ω 10 de magistratibus T *(ut coni. Naug.)* de magistratibus aut pro magistratibus Eς

12 referendam gratiam Eς referendas in gratias T atque TEς atqui ς haec cum TE cum ς eum cum ς 16 in te animo TE animo in te ς defugerem ς defugerim TE defugiam *Rei. p. 7* (*quasi ex* TE) quo quidem ... exercitus *Schol. B* 17 hoc E *Schol. B om.* Tς 18 verbum TE verbi (-is ς) ς

19 est TE *om.* ς gratia *del. Ka. p. 22. quae vox mihi videtur necessaria nec video qua re hic* beneficii gratia *dici non possit quod non semel legitur, cf. Thes. ling. lat. II 1883, 34*

20 concurrunt TE concurrit ς conturbor *Koch p. 16* con-

quorum bene de me meritorum inter ipsos contentiones,
ut eodem tempore in omnis verear ne vix possim gra-
tus videri.
79 Sed ego haec meis ponderibus examinabo, non solum
quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque intersit,
33 et quid a me cuiusque tempus poscat. agitur studium
tuum vel etiam si vis existimatio [laus aedilitatis]. at
Cn. Planci salus patria fortunae. salvum tu me esse
cupisti: hic fecit etiam ut esse possem. distineor tamen
et divellor dolore et in causa dispari offendi te a me
doleo. sed me dius fidius multo citius meam salutem
pro te abiecero quam Cn. Planci salutem tradidero con-
80 tentioni tuae. Etenim iudices cum omnibus me virtuti-
bus adfectum esse cupio, tum nihil est quod malim
quam me et esse gratum et videri. haec enim est una
virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum
omnium reliquarum. quid est pietas nisi voluntas grata
in parentes? qui sunt boni cives, qui belli, qui domi
de patria bene merentes, nisi qui patriae beneficia me-
minerunt? qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui
meritam dis immortalibus gratiam iustis honoribus et
memori mente persolvunt? quae potest esse vitae iu-
cunditas sublatis amicitiis? quae porro amicitia potest

---

tingit *aut* evenit *aut* fit *coni. Muc. quorum ne unum quidem aut verisimiliter aut probabiliter excogitatum est; subiectum verbi* concurrunt *excidisse vidit Cl. qui* ⟨nomina⟩ *addidit post* quia; *ego potius post* concurrunt *textum hiare crediderim* propter *ω del. Gar.* propriae *Keil p. 10* prope acie *Busche, Woch. f. Philol. 1912 p. 346; at minus apte dicitur* concurrunt . . . contentiones; permultorum bene *eqs. coni. Lg.* propter magnum numerum bene *eqs. Rei. p. 9 ne haec quidem probabiliter*

1 bene TE *om.* ς ipsos Tς ips$\overset{a}{o}$s E[1] 4 ego haec Tς haec ego E examinabo Eς exanimabo T 7 *del. Mue.* aedilitatis *ω* sedulitatis *Jeep.* 9 *an* cupiisti? distineor Tς distentor E 12 abiecero E obiecero Tς 13 me virtutibus E virtutibus me T 15 esse gratum TE gratum esse ς haec enim est T est enim haec E *(non peius)* haec est enim (enim *om.* ς) ς

esse inter ingratos? quis est nostrum liberaliter educa- 81
tus, cui non educatores, cui non magistri sui atque
doctores, cui non locus ipse ille mutus ubi altus aut
doctus est, cum grata recordatione in mente versetur?
cuius opes tantae esse possunt aut umquam fuerunt
quae sine multorum amicorum officiis stare possint?
quae certe sublata memoria et gratia nulla extare pos-
sunt. equidem nihil tam proprium hominis existimo,
quam non modo beneficio, sed etiam benivolentiae
significatione alligari, nihil porro tam inhumanum, tam
inmane, tam ferum quam committere ut beneficio non
dicam indignus, sed victus esse videare. Quae cum ita 82
sint, iam succumbam Laterensis isti tuo crimini, me-
que in eo ipso in quo nihil potest esse nimium, quo-
niam ita tu vis, nimium [gratum] esse concedam, pe-
tamque a vobis iudices, ut eum beneficio conplectamini
quem qui reprehendit in eo reprehendit quod gratum
praeter modum dicat esse. neque enim illud ad negle-
gendam meam gratiam debet valere quod dixit idem,
vos nec nocentis nec litigiosos esse, quominus me apud
vos valere oporteret. quasi vero in amicitia mea non
haec praesidia, siquae forte sunt in me, parata semper
amicis esse maluerim quam necessaria. etenim ego de
me tantum audeo dicere, amicitiam meam voluptati

---

3 ipse ille mutus ubi E ipse mutus ille ubi Tς ipse ille mutus ubi ipse ς ipse ille mutus ipse ubi ς altus *AKl. (ex Prisc.)* alitus ω; *Prisc. GL II 527, 22* ab ʻaloʼ vero tam ʻaltusʼ quam ʻalitusʼ dicitur. Cicero pro Plancio: ubi altus est. similiter Sallustius in Iugurthino *(63, 3)*: et omnem aetatem Arpini altus. in quibusdam autem codicibus etiam ʻalitusʼ invenitur. *apparet igitur Priscianum aut eius fontem in suo Cicerone* altus *invenisse. atque* alitus *recentior forma videtur, cf. Thes. ling. lat. I 1706, 37* 4 est Tς *om.* E 7 nulla *(scil. officia amicorum)* ς nullae TE 10 tam inmane *del. Ka. p. 23; cf. Phil. 13, 21* quis tam barbarus umquam, tam immanis, tam ferus? 13 crimini meque E crimini neque T ori nimioque ς ori minime ς 15 *del. Keil p. 12* 18 illud TE *om.* ς id ς 20 litigiosos Eς litigiosas T 22 siquae TE siqua ς

pluribus quam praesidio fuisse, meque vehementer vitae meae paeniteret, si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso aut nocenti.

34 83 Sed haec nescioquomodo frequenter in me congessisti saneque in eo creber fuisti, te idcirco in ludos causam conicere noluisse, ne ego mea consuetudine aliquid de tensis misericordiae causa dicerem, quod in aliis aedilibus ante fecissem. nonnihil egisti hoc loco; nam mihi eripuisti ornamentum orationis meae. deridebor si mentionem tensarum fecero, cum tu id praedixeris; sine tensis autem quid potero dicere? Hic etiam addidisti me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse, ut miserabiliores epilogos possem dicere. non vobis videtur cum aliquo declamatore, non cum
84 laboris et fori discipulo disputare? 'Rhodi enim' inquit 'ego non fui' — me vult fuisse —, 'sed fui' inquit — putabam in Vaccaeis dicturum — 'bis in Bithynia.' si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur severiorem Nicaeam putes quam Rhodum; si spectanda causa est, et tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti et ego Rhodi non minore. nam quod in eo

---

1 praesidio Eς -dios T 4 sed haec ... fuisti *Schol. B* haec TE *Schol. B* hoc ς vehementer *coni. aut* frequenter *del. Ca. p. 270 (contra* ω *et Schol. B): quo dempto haut scio an langueat* nescioquomodo 5 creber ω asper *Ca. p. 270* in ludos TE in locos ς illusos ς 6 ne Tς nec E 7 thensis E thrensis T 10 thensarum E thensari T cum tu id Eς tu cum id T 11 thensis TE quid Eς quod T hic ... possem dicere *Schol. B Arus. GL VII 511, 12* sanxi (sensi *cod. sed in lemmate* sancio) crimen exilio, Cic. pro Sylla: addidit me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse (sensisse *cod.*) 12 exilio ambitum *Schol. B* ex illo ambitu ω 13 sanxisse *Schol. B, Arus.* traxisse ω 14 non ω nonne *Hi.* videtur TEς videor ς 15 discipulo TE *om.* ς Rhodi ... fuisse *Schol. B* Rhodi ς *Schol. B* hodie TE inquit TEς *Schol. B om.* ς 16 ego TE *Schol. B om.* ς 17 vaccaeis TEς nicaeis ς Barcaeis *Niebuhr, sed cf. Baiteri nota* bithania T 18 ansam TEς causam ς 19 rhodum Tς rhodium E 20 tu TEς tum ς bithynia T 21 in eo ... levare *Schol. B*

me reprehendisti quod nimium multos defenderem, utinam et tu qui potes, et ceteri qui defugiunt, vellent me labore hoc levare! sed fit vestra diligentia qui causis ponderandis omnis fere repudiatis, ut ad nos pleraeque confluant qui miseris et laborantibus negare nil possumus. Admonuisti etiam quod in Creta fuisses 85
dictum aliquod in petitionem tuam dici potuisse; me id perdidisse. uter igitur nostrum est cupidior dicti? egone qui quod dici potuit non dixerim, an tu qui etiam ipse in te dixeris? te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quod mihi meae quas ad aliquem misissem obfuissent. quas ego mihi obfuisse non intellego, rei publicae video prodesse potuisse. 35

Sed sunt haec leviora, illa vero gravia atque magna, 86
quod meum discessum quem saepe defleras, nunc quasi reprehendere et subaccusare voluisti. dixisti enim non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse. ego vero fateor me quod viderim mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse. qui enim status, quod discrimen, quae fuerit in re publica tempestas illa quis nescit? tribunicius me terror an consularis furor movit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquiis eorum quos ego florentis atque integros sine ferro viceram? consules post hominum memoriam taeterrimi atque turpissimi, sicut et illa principia et hi recentes rerum exitus declararunt, quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit, empti provinciis a senatu, a re publica,

1 defenderem T *Schol. B* defenderim Eς 4 causis TE in causis ς 5 negare nihil TE nihil negare ς 6 admonefecisti etiam . . . potuisse *Schol. B* admonuisti ω admonefecisti *Schol. B* fuisses ω fuisse *Schol. B* 7 aliquod TE *Schol. B* aliquid ς petitionem tuam TE petitione tua ς petitione tum *Schol. B* potuisse Tς potuissem E 8 dicti Tς dictu E 10 in te dixeris Tς interdixeris E te aiebas . . . obfuissent *Schol. B* 11 litteras Eς *Schol. B om.* T 14 gravia TE graviora ς 18 me TEς me hercule ς 19 me *del. ed. Ven. Cl., cf. ad Mil. 14 p. 20, 8* 21 consularis Eς *om.* T 22 reliquiis ς reliquis TE 26 quorum ... vendidit *Schol. B* 27 empti

a bonis omnibus defecerant; qui exercitu, qui armis, qui opibus plurimum poterant, cum quid sentirent nesciretur, furialis illa vox nefariis stupris ⟨in⟩ religiosis altaribus effeminata secum et illos et consules facere acerbissime personabat; egentes in locupletis,
87 perditi in bonos, servi in dominos armabantur. At erat mecum senatus, et quidem veste mutata, quod pro me uno post hominum memoriam publico consilio susceptum est. sed recordare qui tum fuerint consulum nomine hostes, qui soli in hac urbe senatum senatui parere non sierint, edictoque suo non luctum patribus conscriptis, sed indicia luctus ademerint. At erat mecum cunctus equester ordo; quem quidem in contionibus saltator ille Catilinae consul proscriptionis denuntiatione terrebat. At tota Italia convenerat; cui quidem belli intestini et vastitatis metus inferebatur.

36 Hisce ego auxiliis studentibus atque incitatis uti me Laterensis potuisse confiteor, sed erat non iure, non legibus, non disceptando decertandum — nam profecto praesertim tam bona in causa, numquam quo ceteri saepe abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset —, armis fuit, armis inquam fuit dimicandum.

---

*Gul.* emptis ω; *cf. pop. grat. 13 p. 32, 19* empti pactione provinciarum
1 exercitu TEς exercitibus ς 3 *add. Bai.* (*cl. Mil. 72 p. 49, 13* cuius nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimae feminae comprehenderunt) 4 altaribus ⟨inlatis⟩ *Ha.* (*cl. har. resp. 8 p. 126, 8* qui pulvinaribus Bonae deae stuprum intulerit), *sed displicent formae similes quinquiens repetitae; fortasse gravius peccatum* effeminata ω efferata *Busche, Jahrb. CLIII 1896 p. 571 deleta acerbitate sermonis* et consules TE consules ς 5 acerbissime ω acerrime *Lb.* personabat ς personabant TEς 6 at erat *Wu.* aderat ω (*cf. v. 12*) 9 consulum nomine Eς nomine consulum T 11 sierint TE siverint ς suo Eς *om.* T 12 indicia luctus TE luctus indicia (iud- ς) ς at erat *Wu.* aderat ω (*cf. v. 6*) 13 quem quidem . . . terrebat *Schol. B* 14 catilinae ω *Schol. B del. Schue.* catamitus *coni. Cl. parum probabiliter, nam opprobrium in voce* saltator *positum est* 17 ego Eς ergo T 21 saepe TE *om.* ς ipsi Eς ipsum Tς

quibus a servis atque a servorum ducibus caedem fieri senatus et bonorum rei publicae exitiosum fuisset. vinci autem improbos a bonis fateor fuisse praecla- 88
rum, si finem tum vincendi viderem, quem profecto non videbam. ubi enim mihi praesto fuissent aut tam fortes consules quam L. Opimius, quam C. Marius, quam L. Flaccus, quibus ducibus inprobos civis res publica vicit armatis, aut si minus fortes, at tamen tam iusti quam P. Mucius, qui arma quae privatus P. Scipio ceperat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit? esset igitur pugnandum cum consulibus. nihil dico amplius nisi illud: victoriae nostrae gravis adversarios paratos, interitus nullos esse ultores videbam. Hisce ego auxiliis salutis meae si 89
idcirco defui quia nolui dimicare, fatebor, id quod vis, non mihi auxilium, sed me auxilio defuisse; sin autem quo maiora studia in me bonorum fuerunt, hoc iis magis consulendum et parcendum putavi, tu id in me reprehendis quod Q. Metello laudi datum est hodieque est et semper erit maximae gloriae? quem ut potes ex multis audire qui tum adfuerunt, constat invitissimis viris bonis cessisse, nec fuisse dubium quin contentione et armis superior posset esse. ergo ille cum suum, non

---

3 improbos Eς reprobos T 4 si Tς *om.* E tum TEς eum ς quem . . . videbam ς *om.* TE *(uno ut vid. exemplaris versu omisso), unde del. Or., sed cf. Vahlen, Opusc. acad. II 1908 p. 327 sq. qui recte nisi cum insigni detrimento orationis illa verba desiderari posse negat sermonisque formam exemplis illustrat* 5 mihi *ut supra* collocant TE, *ante* aut tam ς fuissent tam fortes consules *Gar.* fuisset tam fortis consul ω 7 improbos Eς ut probos T 8 armatis ω armata *Ka. p. 23 (notione* armatus *ad falsum substantivum relata)* armis *Weid. p. 6 (deleta clausula), sed cf. Lg. ad h. l.* 10 ceperat TE sumpserat ς *(verbo ex sequentibus praecepto)* ea ti. ς euti T ea·t· E gracco TE iure Tς viro E 13 esse ultores TE ultores esse ς 15 fatebor ω fateor *Weid. p. 5* 17 iis Tς his E 20 maximae ς maxime TEς 21 adfuerunt Eς ad adfuerunt T constat *ut supra* TE, *post* viris ς invitissimis E invictissimis Tς

cum senatus factum defenderet, cum perseverantiam sententiae suae, non salutem rei publicae retinuisset, tamen ob illam*******quod illud voluntarium vulnus accepit, iustissimos omnium Metellorum et clarissimos triumphos gloriae laude superavit, quod et illos ipsos inprobissimos civis interfici noluit, et nequis bonus interiret in eadem caede providit: ego tantis periculis propositis cum si victus essem, interitus rei publicae, si vicissem, infinita dimicatio pararetur, committerem ut idem perditor rei publicae nominarer, qui servator fuissem?

37 90 Mortem me timuisse dicis. ego vero ne inmortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem. nam qui pro re publica vitam ediderunt — licet me desipere dicatis —, numquam me hercule eos mortem potius quam inmortalitatem adsecutos putavi. ego vero si tum illorum impiorum ferro ac manu concidissem, in perpetuum res publica civile praesidium salutis suae perdidisset. quin etiam si me vis aliqua morbi aut na-

---

1 *prius* cum *del. Ka. p. 23*   3 *aliquid excidisse viderunt nonnulli ex* ς *qui* ⟨constantiam⟩ *suppleverunt (quod probat Lg. p. 117 ita ut scribat* qua illud *eqs.),* ⟨causam⟩ *RKl. tamen solet dici* ob eam causam quod *et illo supplemento admodum molestum est* illud. *itaque paulo plura periisse crediderim (velut* ob illam ⟨constantiae gloriam et⟩ quod *eqs.)*; ob ipsum *coni. Hi. sine ulla probabilitate*   4 iustissimos ... superavit *Schol. B* quod TE quo ς   5 gloriae ω *Schol. B* gloria et *Gar. quem sequuntur recentiores editores. mihi dubitatio exorta est propterea quod recte dicitur* laus et gloria, *minus recte* gloria et laus; *nam gloriam laus antecedit. nec video cur genetivus* gloriae *non a substantivo* laus *pendere possit, siquidem saepius usus est illo quem dicunt inhaerentiae genetivo s. Vitruvius (e. g. 6 praef. 6* ingenuo pudori, non audaciae protervitatis committendum iudicantes *ubi elegantiam quandam splendoremque sermonis captat). nam qui a lingua Hebraica hunc usum deducunt, vehementer errant*   6 civis Eς cuius T   noluit Eς voluit Tς   15 ediderunt TEς dediderunt (dederunt ς) ς perdiderunt *Kra. p. 119; illud elegantius dictum, cf. si tanti est Sest. 93 p. 212, 4* ac si tum P. Sestius ... animam ... edidisset

tura ipsa consumpsisset, tamen auxilia posteritatis essent imminuta, quod peremptum esset mea morte id exemplum qualis futurus in me retinendo fuisset senatus populusque Romanus. an si umquam in me vitae cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commossem? quae si viginti quiessem dies, in aliorum vigiliam consulum reccidissent. Quamobrem si vitae cupiditas contra rem publicam est turpis, certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cum pernicie civitatis.

Nam quod te esse in re publica liberum es gloriatus, 91
id ego et fateor et laetor, et tibi etiam in hoc gratulor: quod me autem negasti, in eo neque te neque quemquam diutius patiar errare. nam siquis idcirco aliquid 38
de libertate mea deminutum putat, quod non ab omnibus eisdem a quibus antea solitus sum dissentire dissentiam, primum si bene de me meritis gratum me praebeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris nimiumque grati? sin autem aliquando sine ullo rei publicae detrimento, respicio etiam salutem cum meam tum meorum, certe non modo non sum reprendendus, sed etiam si ruere vellem, boni viri me ut id ne facerem rogarent; res vero ipsa publica si 92

---

3 retinendo *ω del. aut* restituendo *scribendum censuit Gar.* 4 in me vitae cupiditas ς vitae cup. in me TE; *illa collocatione recte efferuntur notiones* umquam *et* vitae 6 commossem Tς commovissem E 7 quiessem dies Tς quidem dies essent E consulum *del. Cob. p. 327* reccidissent *Wu.* recidissent *ω*; *illa forma perfecti usum esse Ciceronem ex clausula apparet cum hic tum* Verr. 5, 163 hucine tandem haec omnia recciderunt *(sic Regius Parisinus) in membri fine et Sull. 91* quam cito illa omnia ... ad luctum et lacrimas recciderunt (recid- *codd. qui sunt iidem fere qui Plancianae*) *quo loco recte Zie. p. 179* recci- *flagitat* 11 te esse TEς esse te ς 18 non desino *ω (quod defendo interrogandi signo post* grati *posito cum Clarkio, qui ipse* non⟨ne⟩ desino *scripsit, sed cf. 83 p. 524, 14)* non debeo *Lb.* non recuso *Mue.* 19 aliquando TE *om.* ς 20 etiam TE etiam aliquando ς 21 cum T tum Eς *fort. recte* 22 reprehendendus *ω* 23 ipsa Eς *om.* T

loqui posset, ageret mecum ut quoniam sibi servissem
semper, numquam mihi, fructus autem ex sese non
ut oportuisset laetos et uberes, sed magna acerbitate
permixtos tulissem, ut iam mihi servirem, consulerem
meis; se non modo satis habere a me, sed etiam vereri
ne parum mihi pro eo quantum a me haberet reddi-
93 disset. quid? si horum ego nihil cogito et idem sum
in re publica qui fui semper, tamenne libertatem re-
quires meam? quam tu ponis in eo si semper cum iis
quibuscum aliquando contendimus, depugnemus. quod
est longe secus. stare enim omnes debemus tamquam
in orbe aliquo rei publicae, qui quoniam versatur, eam
deligere partem ad quam nos illius utilitas salusque
39 converterit.

Ego autem Cn. Pompeium non dico auctorem ducem
defensorem salutis meae — nam haec privatim for-
tasse officiorum memoriam quaerunt et gratiam —,
sed hoc dico quod ad salutem rei publicae pertinet:
ego eum non tuear quem omnes in re publica prin-
cipem esse concedunt? ego C. Caesaris laudibus desim,
quas primum populi Romani, nunc etiam senatus cui
me semper addixi, plurimis atque amplissimis iudiciis
videam esse celebratas? tum hercule me confitear non
iudicium aliquod habuisse de utilitate rei publicae, sed
94 hominibus amicum aut inimicum fuisse. An cum vi-
deam navem secundis ventis cursum tenentem suum, si

---

3 ut TEς *om.* ς uberes Eς uberos T 6 quantum *Or.* quam tum TE quod tam (tum *om.* ς) ς; *quamquam fortasse* pro eo quam *latine ferri potest commixtis duabus dicendi rationibus* pro eo (quod) *et* (tam) quam. *sed* tum *molestum videtur* 7 quid Eς quod Tς 9 iis Tς his E 10 contendimus *ω (recte)* contenderimus *coni. Mue. p. LXXIII cl. 94 p. 531, 1* probarim *cuius loci ratio omnino diversa est* 12 versatur TEς versetur ς 13 deligere Eς diligere T 17 quaerunt et gratiam T et gratiam quaerunt Eς 18 hoc dico E dico hoc Tς 19 eum Eς enim T 22 me Eς a me T iudiciis videam Eς iudicis induam T 24 utilitate rei p. TE rei p. utilitate ς 26 navem *ω* nav⟨is rector⟩em *Cob. p. 328. sed ea notio quam ille flagitat, postea facile ea ipsa voce* navis *repeti potuit*

non eum petat portum, quem ego aliquando probarim, sed alium non minus tutum atque tranquillum, cum tempestate pugnem periculose potius quam illi salute praesertim proposita obtemperem et paream? ego vero haec didici, haec vidi, haec scripta legi; haec de sapientissimis et clarissimis viris et in hac re publica et in aliis civitatibus monimenta nobis ⟨et⟩ litterae prodiderunt, non semper easdem sententias ab isdem, sed quascumque rei publicae status, inclinatio temporum, ratio concordiae postularet, esse defensas. quod ego et facio Laterensis, et semper faciam, libertatemque quam tu in me requiris, quam ego neque dimisi umquam neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo. 40

Nunc venio ad illud extremum, in quo dixisti dum 95
Planci in me meritum verbis extollerem, me arcum facere e cloaca lapidemque e sepulchro venerari pro deo; neque enim mihi insidiarum periculum ullum neque mortis fuisse. cuius ego temporis rationem explicabo brevi neque invitus. nihil enim est ex meis temporibus quod minus pervagatum quodque minus aut mea commemoratione celebratum sit aut hominibus auditum atque notum. Ego enim Laterensis ex illo incendio legum iuris senatus bonorum omnium cedens, cum mea domus ardore suo deflagrationem urbi atque Italiae toti minaretur, nisi quievissem, Siciliam petivi animo,

---

1 probarim E probari Tς  3 illi Tς illius E  7 monimenta TEς monumenta ς ⟨et⟩ *Mdv. Adv. II 1873 p. 231* ⟨ac⟩ *Koe. quod quamquam probabilius videri possit cl. Verr. 3, 209* ex monumentis ac litteris. 4, 106 ex antiquissimis Graecorum litteris ac monumentis, *tamen haud scio an interposito* nobis *praeferendum sit* ⟨et⟩ litterae *del. Wu. deleta clausula* 8 isdem (*vel* iisdem) ς eisdem TE  10 defensas TE defendendas ς  12 tu TEς *om.* ς  15 in quo TE quod ς dum *(i. dummodo)* TEς quod ς cum *ed. Juntina*  16 arcum *Cob. p. 330* arcem ω aram *Dobraeus Adv. II p. 375*  17 e cloaca (cloca T) TE ex el. ς *fort. recte*  20 est ex meis TE ex meis est ς

quae et ipsa erat mihi sicut domus una coniuncta, et optinebatur a C. Vergilio quocum me uno vel maxime
96 cum vetustas, tum amicitia, cum mei fratris collegia, tum rei publicae causa sociarat. vide nunc caliginem temporum illorum. cum ipsa paene insula mihi sese obviam ferre vellet, praetor ille eiusdem tribuni plebis contionibus propter eandem rei publicae causam saepe vexatus, nihil amplius dico nisi me in Siciliam venire noluit. quid dicam? C. Vergilio tali civi et viro benivolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem humanitatem fidem defuisse? nihil iudices est eorum, sed quam tempestatem nos vobiscum non tulissemus, metuit ut eam ipse posset opibus suis sustinere. Tum consilio repente mutato iter a Vibone Brundisium terra petere contendi; nam maritimos cur-
41 97 sus praecludebat hiemis magnitudo. cum omnia illa municipia quae sunt a Vibone Brundisium, in fide mea iudices essent, iter mihi tutum multis minitantibus magno cum suo metu praestiterunt. Brundisium veni vel potius ad moenia accessi; urbem unam mihi amicissimam declinavi, quae se [vel] potius excindi, quam e suo conplexu ut eriperer facile pateretur. in hortos me M. Laeni Flacci contuli. cui cum omnis me-

---

1 una ω mea *Ka. p. 23 deleta membri clausula* 2 vergilio TE virgilio ς 3 vetustas tum Eς vetustatum Tς vetusta ς 4 rei p. causa TE res p. ς *(mala clausula)* nunc Eς *om.* T 8 me *post* venire *traiciendum coni. Cl. probabiliter* 9 noluit Eς voluit T quid dicam ... viro *Prisc. GL II 345, 2* (*propter abl.* civi) C. ω de C. *Prisc.* vergilio TE virgilio ς *Prisc.* 11 humanitatem Eς humilitatem T iudices E iud. T videlicet ς 12 non tulissemus Eς contulissemus T 13 posset TEς non posset ς 14 iter a Vibone *del. Cl. nisi tautologia quadam dicere licuit* iter ... terra petere (*cf. quae ad Cael. 39 p. 306, 6 adnotavimus et Liv. 44, 2* quod iter petiturus esset ignarus), *equidem malim lacunam statuere in hanc fere sententiam explendam* iter a Vibone ⟨averti et⟩ Brundisium *eqs.* 17 ⟨ad⟩ Brundisium *Cl.* 20 accessi Eς *om.* T 21 *del. Ha.* (vel *videtur e v. 20 repetitum*) vellet *Koch, Rhein. Mus. XIII 1858 p. 285* 22 in Eς ut T

tus, publicatio bonorum exilium mors proponeretur, haec perpeti si acciderent maluit quam custodiam mei capitis dimittere. huius ego et parentis eius prudentissimi atque optimi senis, et fratris et utriusque filiorum manibus in navi tuta ac fideli collocatus eorumque preces et vota de meo reditu exaudiens Dyrrachium quod erat in fide mea petere contendi. quo cum ve- 98
nissem, cognovi — id quod audieram — refertam esse Graeciam sceleratissimorum hominum ac nefariorum, quorum impium ferrum ignisque pestiferos meus ille consulatus e manibus extorserat. qui antequam de meo adventu audire potuissent, cum tum abessent aliquot dierum viam, in Macedoniam ad Planciumque perrexi. hic vero simulatque mare me transisse cognovit — audi, audi atque adtende Laterensis, ut scias quid ego Plancio debeam, confiteareque aliquando me quod faciam et grate et pie facere; huic autem quae pro salute mea fecerit, si minus profutura sint, obesse certe non oportere! nam simulac me Dyrrachium attigisse audivit, statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata profectus est. O acerbam mihi iudices 99
memoriam temporis illius et loci, cum hic in me incidit, cum conplexus est conspersitque lacrimis, nec loqui prae maerore potuit! o rem cum auditu crudelem, tum visu nefariam! o reliquos omnes dies noctesque eas

---

3 huius Eς cuius T 4 obtimi E et fratris TE *om.* ς 5 in navi tuta *Prisc. GL II 345, 3 (propter ablativum in -i exeuntem)* navi ς *Prisc.* nave TEς 6 dyrachium E 7 quo Eς avo T 9 graeciam Eς gratiam T 12 adventu Eς adventum T tum (-ne ς) ς tamen TE tantum ς (*quod non convenit cum* aliquot dierum) etiamtum *Mdv. Adv. III 1884 p. 149* a me *Cl.* aliquot TE aliquorum ς 13 planciumque ω Plancium quaestorem *Man. et clausula deleta nec magistratus notione apta* 14 mare me Eς mare Tς me mare ς 16 confiteareque Tς confitearque E 17 autem E *om.* Tς 18 sint Tς sunt E 19 dyrachium TE *an* audiit? 20 lictoribus Eς littoribus T 22 et Tς ex E in Eς *om.* Tς 23 cum Eς *om.* T 24 maerore Eς memore T

quibus iste a me non recedens, Thessalonicam me in quaestoriumque perduxit! hic ego nunc de praetore Macedoniae nihil dicam amplius nisi eum et civem optimum semper et mihi amicum fuisse, sed eadem timuisse quae ceteros: Cn. Plancium fuisse unum, non qui minus timeret, sed si acciderent ea quae timeren-
100 tur, mecum ea subire et perpeti vellet. qui cum ad me L. Tubero meus necessarius qui fratri meo legatus fuisset, decedens ex Asia venisset easque insidias quas mihi paratas ab exulibus coniuratis audierat, ad me animo amicissimo detulisset, in Asiam me ire propter eius provinciae mecum et cum meo fratre necessitudinem comparantem non est passus; vi me, vi inquam, Plancius et conplexu suo retinuit multosque menses a capite meo non discessit abiecta quaestoria persona comitisque sumpta.

42
101 O excubias tuas Cn. Planci miseras, o flebiles vigilias, o noctes acerbas, o custodiam etiam mei capitis infelicem! siquidem ego tibi vivus non prosum qui fortasse mortuus profuissem. memini enim, memini neque umquam obliviscar noctis illius, cum tibi vigilanti adsidenti maerenti vana quaedam miser atque inania falsa spe inductus pollicebar, me si essem in patriam restitutus, praesentem tibi gratiam relaturum; sin aut

---

1 Thessalonicam ... perduxit *Schol. B* 5 quae Eς *om.* T *post* fuisse *in* T *iterata verba* sed eadem timuisse 6 timeret Eς timere T sed ⟨qui⟩ *Ursinus* 7 vellet ς velle TEς 10 ad me TE *om.* ς; *quae verba si desunt* amicissimo animo *dicendum erat* 12 mecum *ed. Ven.* metum ω 13 vi me, vi inquam *Or.* vi me vinquam ς vi me inquam Eς vi inquam T vi me vi me inquam ς; *sed* vi me vi me inquam *ferri non potest, poterat* vi inquam me 15 discessit Eς discessisset T quaestoria ω quaestoris *Cob. p. 331* 17 excubias Eς exubias T 19 siquidem ... profuissem *Schol. B* siquidem Eς *Schol. B* si quid est T 24 gratiam ς gratias TEς; *non licet comparare Phil. 3, 39* ut pro tantis eorum in rem publicam meritis honores eis habeantur gratiaeque referantur *quo loco pluralis* gratiae *adhibitus est propter pluralem* honores sin ut TEς sin autem ς

vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset, hos, hos — quos enim ego tum alios animo intuebar? — omnia tibi illorum laborum praemia pro me persoluturos. quid me aspectas, quid mea promissa repetis, quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed de horum erga me benivolentia promittebam: hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite vel vitae periculo velle videbam; de horum desiderio luctu querellis cotidie aliquid tecum simul audiebam. nunc timeo ne tibi nihil praeter lacrimas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. quid enim 102 possum aliud nisi maerere, nisi flere, nisi te cum mea salute complecti? salutem tibi idem dare possunt qui mihi reddiderunt. Te tamen — exurge quaeso! — retinebo et complectar nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem sociumque profitebor. atque ut spero nemo erit tam crudeli animo tamque inhumano nec tam inmemor non dicam meorum in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui a me mei servatorem capitis divellat ac distrahat. non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor iudices, sed custodem salutis meae, non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lacrimis, sed misericordia, mecumque vos simul hic miserrimus et optimus obtestatur parens, et pro uno filio duo patres

---

1 fors Tς sors Eς 4 pro Eς per T quid me aspectas *cf Ter. Eun. 559* 6 de horum E eorum Tς 7 benivolentia TE benivolentiam ς 9 horum TE eorum ς 11 tibi nihil TE nihil tibi ς queam Eς quem T 13 te cum ω tuam *Ka. p. 24*

14 salutem ... reddiderunt *Schol. B* dare ω *Schol. B* negare *Ka. p. 24* dare *recte respondet verbo* reddiderunt 15 te TE huc ς nec (nunc ς) ς tamen TEς tandem ς 17 profitebor ω profiteor *Weid. p. 6* 19 non dicam meorum TE meorum non dicam ς 20 mei Eς *om.* T 25 mecum ... deprecamur *Schol. B* mecumque ω mecum *Schol. B* hic TE *Schol. B om.* ς 26 obtimus TE patres deprecamur Eς *Schol. B* deprecamur patres T; *illa collocatione verborum numeri melius efferuntur, hac inutiliter effertur vox* patres

103 deprecamur. Nolite iudices, per vos, per fortunas, per liberos vestros inimicis meis, iis praesertim quos ego pro vestra salute suscepi, dare laetitiam gloriantibus vos iam oblitos mei, salutis eius a quo mea salus conservata est, hostis extitisse; nolite animum meum debilitare cum luctu, tum etiam metu commutatae vestrae voluntatis erga me; sinite me, quod vobis fretus huic
104 saepe promisi, id a vobis ei persolvere. Teque C. Flave oro et obtestor, qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum quas gessi adiutor fuisti, meque non modo salvum semper, sed etiam ornatum florentemque esse voluisti, ut mihi per hos conserves eum per quem me tibi et his conservatum vides. Plura ne dicam tuae me etiam lacrimae inpediunt, vestraeque iudices, non solum meae, quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem, vos eosdem in hoc conservando futuros, qui fueritis in me, quoniam istis vestris lacrimis de illis recordor, quas pro me saepe et multum profudistis.

---

1 vos [per] *Gar.* fortunas (fornas T) TE fortunas vestras ς 2 vestros TE *om.* ς iis T his Eς 4 mei ω meae *Rauius, Var. lect. II p. 162* 6 cum Tς tum Eς 7 erga me *del. Rauius l. l.* 8 Flave *Gar.* flavi ω 19 profundistis Eς prodistis T; *subscribit* E explicit or. m. T. C. pro Gn. plancio; *in* T *nulla subscriptio*

# M. TULLI CICERONIS

# PRO M. AEMILIO SCAURO ORATIO

## SIGLA

A = codex Ambrosianus R. 57 sup. olim Bobiensis deleticius *saec. V*

T = codex Taurinensis A 2 olim Bobiensis deleticius (nunc incendio abolitus) *saec. IV/V*

A continet (praeter fragm. m n) § 8 (te dixi) ... 25 (iniurias) § 29 (-litu) ... 45 (int-) T vero § 2 (-tis) ... 7 (facilius) § 18 (quoniam) ... 28 (popu-) § 31 (aut eius) ... 36 (detraxerint) § 46 (-tuisse) ... 50 (te mo-)

C = consensus codicum Asconii ductorum ex archetypo Sangallensi

S = codex Pistoriensis, Forteguerri 37, a Sozomeno scriptus

P = codex Matritensis X. 81 a Poggio scriptus

M = codex Laurentianus LIV 5 descriptus ex apographo Bartolomaei de Montepolitiano

[ ] delenda significat ⟨ ⟩ addita ( ) suppleta quae legi non possunt

## NOTAE

*Bei.* = Beier
*Cl.* = Clark
*Cra.* = Cramer
*Fra.* = Francken, Mnemos. n. s. XI (1883) 374 sqq.
*Gau.* = Gaumitz, Leipz. Stud. II 251 sqq.
*Gron.* = J. F. Gronov
*Ha.* = Halm, Ber. d. Muench. Akad. 1862 2, 1 sqq.
*Hei.* = Heinrich
*Hot.* = Hotoman
*Iunt.* = ed. Iuntina 1519
*Kay.* = Kayser
*Ksl. Sch.* = A. Kießling et R. Schoell
*RKl.* = R. Klotz
*Krey.* = Kreyßigii epist. in Livii l. XXXIII ed. Goeller 1822
*Lodoicus* = eius ed. Asc. 1536
*Man.* = P. Manutius
*Mdv.* = Madvig
*Mo.* = Mommsen
*Mue.* = C. F. W. Mueller
*Or.* = Orelli
*Pey.* = Peyron
*Schoe.* = F. Schoell
*Schue.* = Schuetz
*St.* = Stangl
*Zie.* = Zielinski, Das Clauselgesetz in Cic. R. Philol. Suppl. IX 1904

## TESTIMONIA

*Cic. Att. 4, 15, 7 sqq.:* sequere nunc me in campum. ardet ambitus. σῆμα δέ τοι ἐρέω: faenus ex triente Idibus Quintilibus factum erat bessibus . . . Memmium Caesaris omnes opes confirmant: cum eo Domitium consules iunxerunt — qua pactione epistulae committere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet; sed utrum fronte an mente dubitatur. ἐξοχὴ in nullo est: pecunia omnium dignitatem exaequat. Messala languet, non quo aut animus desit aut amici, sed coitio consulum ⟨et⟩ Pompeius obsunt. ea [ex M] comitia puto fore ut ducantur. tribunicii candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros: apud eum HS. quingena deposuerunt, ut qui a Catone damnatus esset id perderet et competitoribus tribueretur. haec ego pridie scribebam quam comitia fore putabantur; sed ad te quinto Kal. Sextil. si facta erunt et tabellarius non erit profectus, tota comitia perscribam: quae si, ut putantur, gratuita fuerint, plus unus Cato potuerit quam ⟨omnes leges [*add. ex epist. ad Q. fratr. 2, 14, 4, ubi ex parte ad verbum eadem dixit*]⟩ omnesque iudices. Messius defendebatur a nobis de legatione revocatus . . . deinde me expedio ad Drusum, inde ad Scaurum: parantur orationibus indices gloriosi. fortasse accedent etiam consules designati; in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit.

*ibid. 16, 6:* Scaurum Triarius reum fecit: si quaeris, nulla est magno opere commota συμπάθεια, sed tamen habet aedilitas eius memoriam non ingratam et est pondus apud rusticos in patris memoria.

*Cic. ad Q. fratr. 2, 16 (15), 3:* quo die haec scripsi Drusus erat de praevaricatione a tribunis aerariis absolutus in summa quattuor sententiis, cum senatores et equites damnassent . . . comitia in mensem Septembrem reiecta sunt. Scauri iudicium statim exercebitur, cui nos non deerimus.

*Cic. ad Q. fratr. 3, 1, 11:* orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio absolvi *(a. d. XI. Kal. Oct.) et 16*: Scaurum beneficio defensionis valde obligavi. adhuc erat valde incertum et quando comitia et qui consules futuri essent.

*Valer. Max. 3, 6, 7:* M. autem Cato praetor M. Scauri ceterorumque reorum iudicia nulla indutus tunica, sed tantummodo praetexta amictus egit. *Cf. mox Asc. p. 541, 36 et Plutarch. Cat. min. 44. 50.*

*Tac. dial. 39:* satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Valerium concursu totius civitatis et accusatos et defensos.

*Valer. Max. 8, 1, 10:* M. quoque Aemilius Scaurus repe-

tundarum reus adeo perditam et comploratam defensionem in iudicium attulit, ut cum accusator diceret lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere seque non recusare quo minus absolveretur, si totidem nominasset quibus in provincia nihil abstulisset, tam bona condicione uti non potuerit. tamen propter vetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est. *Cf. p. 542 Att. 4, 17, 4 et Quint. 4, 1, 69.*

*Grill. RL. 601, 5 H.:* item anceps genus causae est, ubi et honestas benivolos facit iudices et crimen infensos, sicut in Scauriana honestus et nobilis iuvenis Scaurus erat, sed moventur iudices, quia obiciuntur multa crimina.

*Mart. Cap. 5, 469 s. f.:* multiplex vero ex pluribus quaestionibus causa consistit, ut ... pro Scauro de Bostaris nece, de Arinis uxore et ⟨de⟩ decimis tribus exquiritur.

*Asc. 22, 3 St.:* Hanc quoque orationem eisdem coss. dixit quibus pro Vatinio: L. Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro coss. summus iudicii dies fuit a. ⟨d.⟩ IIII Non. Septemb.

## ARGUMENTUM HOC EST

M. Scaurus M. Scauri filius qui princeps senatus fuit vi[c]tricum habuit Sullam: quo victore et munifico in socios victoriae ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo ut in eius impensas opes suas absumpserit magnumque aes alienum contraxerit. ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, cum cetera industria nequaquam esset par. erat tamen aliquando inter patronos causarum [s]et, postquam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone isque erat absolutus a. d. IIII Non. Quint. ipse cum ad consulatus petitionem a. d. III Kal. Quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis a P. Valerio Triario, adulescente parato ad dicendum et notae industriae, filio eius qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat et post in Asia legatus Pontoque L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret, postulatus apud M. Catonem praetorem repetundarum, ut in Actis

---

2 alienobarbo SM appia SM 3 *add. Bei.* 7 *del. Man.* 16 sed C *corr. Mdv.* 17 C. M co S eo P ad C *corr. Bei.* (*item* 18) IIII] .III. P 18 inde ipse M 19 de quo S 20 Triario *om.* S 24 ⟨est⟩ apud *Baiter*

scriptum est, pridie Non. Quint. post diem tertium quam ⟨C.⟩ Cato erat absolutus. subscripserunt Triario in Scaurum L. Marius L. f., M. Q. Pacuvii fratres cognomine Claudii. qui inquisitionis in Sardiniam itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt neque profecti sunt ad inquirendum: cuius rei hanc causam reddebant quod interea comitia consularia futura essent: timere ergo se, ne Scaurus ea pecunia quam a sociis abstulisset emeret consulatum et, sicut pater eius fecisset, antequam de eo iudicari posset, magistratum iniret ac rursus ante alias provincias spoliaret, quam rationem prioris administrationis redderet. Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in necessitudine Cn. Pompei Magni reponebat. habebat enim filium liberorum Cn. Pompei fratrem: nam Tertiam, Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem, qui id iudicium, ut diximus, exercebat, metuebat admodum propter amicitiam quae erat illi cum Triario: nam Flaminia, Triari[a] mater, et ipse Triarius sororem Catonis Serviliam, quae mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat: ea porro apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. sed ei in iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit — videbatur enim apud animum eius non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Muciam crimine impudicitiae ab eo dimissam levius fecisse existimaretur, cum eam ipse probasset, quam gratiae adquisisse necessitudinis iure, quod ex eadem uterque liberos haberet — neque Cato ab aequitate ea, quae et vitam eius et magistratum illum decebat, quoquam deflexit. post diem autem quartum quam postulatus erat Scaurus, Faustus Sulla tum quaestor, filius Sullae Felicis, frater ex eadem matre Scauri †servus eius vulneratus prosiluit ex lectica et questus est pro interempto esse competitoribus Scauri et ambulare cum CCC armatis seque, si necesse esset, vim vi repulsurum.

Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus

---

2 *add. Hei.* in]m S 3 Q. marius C *corr. Lodoicus* f. et Q. C (& P) *corr. St. duce Man.* (⟨M.⟩ et) 4 inquisitiones SM -em P *corr. Ksl. Sch.* corsicas S 6 quoad SM 7 erant PM erga S 8 consulatus SM 10 inire M in re S in alias S spoliare S 15 filium C 21 sed in et SP (eo P³) sed in M *corr. Ksl. Sch.* 23 contradixisse S 28 ea quam C 29 quicquam *Buecheler* IIII C *corr. Iunt.* 31 ⟨cum⟩ servus eius ⟨esset⟩ *Ha. (duce Mdv.)* 32 lecticiis C esse ⟨se a⟩ *Lodoicus explicans potius quam corrigens* 33 ⟨eos⟩ cum *Ha.* 34 necesset uiuum ui S 35 defenderent S

raro quisquam pluribus quam quattuor uteretur; at post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum. fuerunt autem hi sex: P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. ipse quoque Scaurus dixit pro se ac magnopere iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusa⟨e⟩ memoria ac favore populari ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

*Asc. 28, 21 St.:* Laudaverunt Scaurum consulares novem: L. Piso, L. Volcacius, Q. Metellus Nepos, M. Perpenna, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortensius, P. Servilius Isauricus pater, Cn. Pompeius Magnus. horum magna pars per tabellas laudaverunt, qui⟨a⟩ aberant: inter quos Pompeius quoque: nam quod erat pro cos., extra urbem morabatur. unus praeterea adulescens laudavit, frater eius Faustus Cornelius, Sullae filius. is in laudatione multa humiliter et cum lacrimis locutus non minus audientes permovit quam Scaurus ipse permoverat. ad genua iudicum, cum sententiae ferrentur, bifariam se diviserunt qui pro ⟨r⟩eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse et M.' Glabrio, sororis filius, et ⟨L.⟩ Paulus et L. Lentulus, Lentuli Nigri flaminis filius, et L. Aemilius Buca filius et C. Memmius, Fausta natus, supplicaverunt; ex altera parte Sulla Faustus, frater Scauri, et T. Annius Milo, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et C. Peducaeus et C. Cato et M. Laenas Curtianus.

Sententias tulerunt senatores duo et XX, equites tres et XX, tribuni aerarii XXV: ex quibus damnaverunt senatores IIII, equites II, tribuni II.

Cato praetor cum vellet de accusatoribus in consilium mittere multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitae multitudini ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. P. Triarius nullam gravem sententiam habuit; subscriptores eius M. et Q. Pacuvii fratres denas et L. Marius tres graves habuerunt.

Cato praetor iudicium quia aestate agebatur sine tunica

---

1 ac post C *corr. Hot.* 2 ad P² *in marg.* ante C 3 sex P se et M et S *(del. Man.)* 5 magno per S 6 *add. Hei.* 10 piso m. C *corr. Man.* 11 hisauricus pr. C *corr. Man.* 13 *add. Man.* 16 similiter SM 18 cum *om.* S 19 sed uisserunt MS (set) *add. St.* 20 .m. C *corr. Man.* gabrio S filio S 21 *add. Ksl. Sch.* et P. C *corr. Man.* 22 filius *om.* S 24 .c. (gn. S) aronius limo C *corr. Bei.* 25 demissa S et .t. ped. PM et molena scortianus C *corr. Mdv.* 30 preter S (*in marg.* $\bar{c}$ pretor). preterea PM 33 misit .c. C *corr. Ksl. Sch.* 34 et que SM 36 etate S a frate M

exercuit campestri sub toga cinctus. in forum quoque sic descendebat iusque dicebat idque repetierat ex vetere consuetudine secundum quam et Romuli ac Tati statuae in Capitolio et in Rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis.

## DE M. AEMILIO SCAURO AMBITUS REO

*Cic. Att. 4, 17, 4:* Scaurus qui erat paucis diebus illis absolutus, cum ego partem eius ornatissime defendissem, obnuntiationibus per Scaevolam interpositis singulis diebus usque ad pr. Kal. Octobr., quo ego haec die scripsi, sublatis populo tributim domi suae satis fecerat; sed tamen, etsi uberior liberalitas huius, gratior esse videbatur eorum qui occuparant.

*ibid. 18, 3:* candidati consulares omnes rei ambitus ... sed omnes absolventur nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit: hoc tamen agitur severius itaque iudicia calent.

*Cic. ad Q. fratr. 3, 2, 3:* de ambitu postulati sunt omnes qui consulatum petunt ... a Triario Scaurus. magna res in motu est, propterea quod aut hominum aut legum interitus ostenditur. opera datur ut iudicia ne fiant. res videtur spectare ad interregnum. consules comitia habere cupiunt, rei nolunt ... Scaurus refrixerat. *Cf. ibid. 3, 2* (candidati consulares quattuor, omnes rei; causae sunt difficiles. sed enitemur, ut Messala noster salvus sit: quod est etiam cum reliquorum salute coniunctum) *et 6 (8), 3* (Scaurum autem iam pridem Pompeius abiecit. res prolatae; ad interregnum comitia adducta).

*Quint. 4, 1, 69:* Cicero pro Scauro ambitus reo, quae causa est in commentariis — nam bis eundem defendit — prosopopoeia loquentis pro reo utitur.

*Appian. b. c. 2, 24:* ... *καὶ ἕτεροι πλείονες (ἑάλωσαν) ἐπὶ δωροδοκίαις ἢ πλήθους δεκασμῷ. Σκαῦρον δὲ τοῦ πλήθους παραιτουμένου ἐκήρυξεν ὁ Πομπήιος ὑπακοῦσαι τῇ διπλῇ καὶ πάλιν τοῦ δήμου τοὺς κατηγόρους ἐνοχλοῦντος σφαγή τις ἐκ τῶν Πομπηΐου στρατιωτῶν ἐπιδραμόντων ἐγένετο καὶ ὁ μὲν δῆμος κατεσιώπησεν, ὁ δὲ Σκαῦρος ἑάλω. καὶ πάντων φυγὴ κατέγνωστο.*

*Cic. de off. 1, 138:* Cn. Octavio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quod praeclaram aedificasset in Palatio et plenam dignitatis domum: quae cum volgo viseretur suffragata domino novo homini

---

1 campestre C  2 descenderat C *corr. Or.* reppererat C *corr. Patricius* et C *corr. Man.*  3 romuli etatis C *corr. Gron.* capyae S capue PM *corr.* P *in marg.*

ad consulatum putabatur; hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit aedibus itaque ille in suam domum consulatum primus attulit: hic summi et clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solum rettulit, sed ignominiam etiam et calamitatem.

[1 a] Maxime fuit optandum M. Scauro, iudices, ut 1 1
nullo suscepto cuiusquam odio sine offensione ac molestia retineret, id quod praecipue semper studuit, generis, familiae, nominis dignitatem.

[1 b] subi⟨i⟩t etiam populi iudicium inquirente Cn. 3
Domitio tribuno plebis.

[2] reus est factus a Q. Servilio Caepione lege Servi- 4
lia, cum iudicia penes equestrem ordinem essent et

---

1 maxime ... molestia (et cetera) *Augustin. RL 150, 15 (praem.* ut limpidius hoc genus principandi deprehendatur, dabo exemplum quod habuit M. Tullius, cum pro M. Scauro loqueretur: erat enim controversia amphidoxos, quippe qui niteretur dignitate personae M. Scauri, premeretur turpitudine criminis de pecuniis repetundis. utrumque in principio statim ita confudit orator, ut et turpitudinem criminis dignitate personae contegeret neque tamen largiter nimium neque exultanter, sed ita ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem. = *Grill. RL. 603, 28:* si vero partem honestatis partem turpitudinis habebit, partibus benevolentiae defensor utitur et ab eo quod honestum in causa putat incipit. quod facit in Scauriana, quoniam partem honestatis habet persona Scauri vel generis amplitudo, partem turpitudinis raptae pecuniae crimen. quid facit Tullius? a laude virtutis ipsius incipit vel commemoratione maiorum, ut, dum honestatem quam causa praestabat personae commemorat, turpitudinem quam crimen afferebat avertat. *falso igitur Mue. [et Cl.] Grillii verba pro novo fragmento addidit = § 2)* 3 retineret ... dignitatem *Arus. GL. VII 508, 6 (ob* studeo *c. acc.) adiunxit Bei.* 5 subiit ... tr. pl. *Asc. p. 24, 4 St.* ʿcirca ver. ⟨a⟩ primo XXXX' (cum enumera[re]t iudicia quae pater Scauri expertus est) *add. Mai* anquirente *Mo. (at cf. Mue. ad Caec. 6)* 7 reus ... timeret illa *Asc. 24, 13 St.* ʿibidem'

P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa.

5 [3] ab eodem etiam lege Varia custos ille rei publicae proditionis est in crimen vocatus; vexatus a Q. Vario tribuno plebis est.

6 [4a] non enim tantum admiratus sum ego illum virum sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. primus enim me flagrantem studio laudis in spem inpulit posse virtute m⟨e⟩, sine praesidio fortunae, quo contendissem labore et constantia pervenire.

7 [4b] et quoniam congesta fuit accusatio magis acervo quodam criminum, non distinctione aliqua generum et varietate.

2
8 [4c, 2.1] Bostarem igitur quendam dixit Norensem fugientem e Sardinia Scauri adventum.... prius illum sepultum quam huic cenam esse sublatam.

9 [4f, 2.4] si denique in illa bona invadere nullo modo potuisset nisi mortuo Bostare.

10 [5, 2.5] Si mehercule, iudices, pro L. Tubulo dicerem, quem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepimus, tamen non timerem, venenum hospiti aut convivae si diceretur cenanti ab illo datum, cui neque heres neque iratus fuisset.

---

2 timere SM 3 ab eodem . . . plebis est *Asc. 24, 23 St.* 'ibidem' castos C relip. C *corr. Iunt.* 4 uexatus P ueratus M *om.* S 5 est non multo (multum S) ante C, *ubi extrema Asconii esse vidit Patricius* 6 non enim . . . pervenire *Asc. 25, 10 St.* (dicit iterum de patre M. Scauri) 8 intulit S 9 uirtutem sine C *corr. Mo.* 10 laborare S 11 et quoniam . . . varietate *Sever. RL. 357, 11* (reprehendit adversarii confusam criminationem) congesta est *Ha.* ('*malim*') 14 Bostarem . . . adventum *ibid. 360, 12* (incredibilia aut imbecilla ponentur sicuti ab adversario dicta sunt) 15 prius . . . sublatam *ibid. 360, 14* (infra addit etiam augendi criminis causa) 17 si denique ... Bostare *Arus. GL. VII 488, 19 (ob in geminatum)* 19 si mehercule . . . fuisset *Asc. 25, 20 St.* tubulē S 20 q̄ in unum S q̄; munum M et omni C *corr. Lodoicus* et audacissimum *om.* S

[4 d, 2. 2] *in Scauriana . . . interposita disputatione tractatur, ex quibus causis mors obveniat repentina.* 11

[4 e, 2. 3] (bona) quam quod habebat (ve)niret. agedum, ego defendi Scau(ru)m, Triari: de(fend)e tu matrem. 12

[2. 4] te (m)etue(r)e (n)e ⟨non⟩ solvendo fuisse, bona denique reus n(e r)e(tinere vol)uiss(e q)u(ae) proscripta esse(nt), nis(i) * * * 13

[6, 2. 6] cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere conatus. 14

[7, 2. 7] redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur. 15

[II 1 a] sic, inquam, se, iudices, res habet: neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est. 3 1

[II 1 b] ⟨illa⟩ audivimus, hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse.

Ac neque illius Crassi factum [neque] superioris [h]isdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M'. Aquilius potuit imitari * * * * * * * tis suae rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit. quid vero? alterum Crassum temporibus isdem num aut clarissimi viri Iulii aut summo ingenio praeditus M. 2

A (3—8) T (21 *ab* — tis)] 1 in . . . repentina *Mart. Cap. 5, 441* 3. 4 *suppl. Bei. et Mai* 4 *cf. Quint. 7, 2, 10* (pro Scauro circa mortem Bostaris in matrem avertens crimen) 6. 7. 8 *suppl. Bei.* 9 cum . . . conatus *Prisc. GL. II 219, 11* (*ob* Aris) 10 coactus *Bei. probante Gau. 284* 11 redimunt . . . expetuntur *Serv. in Georg. 1, 58 (quia de* castoribus *agitur)* = *Isid. 12, 2, 21* (propter quod) 13 sic . . . est *Asc. 26, 12 St. interpolata iudice Mdv.* ('neque' vel semel . . . ante [*v.* 19] ipse Cicero posuit) se PM sed S 15 audivimus . . . interemisse *Asc. 25, 28 St.* 'circa tertiam partem a primo' *add. Man.* Audimus PM 17 inciderit SM 19 ac . . . imitari *Asc. 26, 2 St.* 'statim' *interpolata iudice Mdv.* ne illius S *del.* $P^2$ 21 m. C *corr. Man.* imitari, ⟨sed memoriam iuventu⟩tis suae *Bei.* 22 quid vero . . . imitari *Asc. 26, 18 St.* 'paulo post' 23 nū T nam C 24 imperio T

3 Antonius potuit imitari? quid? in omnibus monumentis Graeciae, quae sunt verbis ornatiora quam rebus, quis invenitur, quom ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse ‘ignominiae dolore’ ut ait poëta ‘victor insolens se victum non potuit pati’, praeter Athenien-
4 sem Themistoclem, qui se ipsum morte multarit? at Graeculi quidem multa fingunt, apud quos etiam Theombrotum Ambraciotam ferunt se ex altissimo praecipitasse muro, non quo acerbitatis accepisset aliquid, sed, ut video scriptum apud Graecos, cum summi philosophi Platonis graviter et ornate scriptum librum de morte legisset, in quo, ut opinor, Socrates illo ipso die quo erat ei moriundum permulta disputat, hanc esse mortem quam nos vitam putaremus, quom corpore animus tamquam carcere saeptus teneretur, vitam autem esse eam, qum idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum unde esset ortus ret⟨t⟩ulis-
4
5 set. num igitur ista tua Sarda Pythagoram aut Platonem norat aut legerat? qui tamen ipsi mortem ita laudant, ut fugere vitam vetent atque id contra foedus fieri dicant legemque naturae. aliam quidem causam mortis voluntariae nullam profecto iustam reperietis. atque hoc ille vidit: nam iecit quodam loco vita illam
6 mulierem spoliari quam pudicitia maluisse. sed refugit statim nec de pudicitia plura dixit veritus, credo, ne quem inridendi nobis daret et iocandi locum. constat enim illam cum deformitate summa fuisse, tum etiam senectute. quare quae potest, quamvis salsa ista Sarda fuerit, ulla libidinis aut amoris esse suspicio?
5
7 Ac ne existimes, Triari, quod adferam in dicendo

---

T] 4 *trag. inc. inc. 67 R.* 6 m. themistoclem T 8 Cleombrotum *Pey. e Callim. epigr. 23: sed* Th- *item libri Tusc. 1, 84. Lact. 3, 18, 10. August. c. d. 1, 22* ambrociotam T 9 quo⟨d⟩ *Pey.* 12 leigisset T *Pl. Phaed. 62 B. 64 C. 79 sq. (et Gorg. 492 E = Eur. fragm. 638 N.) etsi Cicero non locos allatos adhibuit, sed ex eodem hausit ex quo Tusc. l. s.* 14 corpore T (*non* -ri) 20 *Pl. Phaed. 61 sq.* 23 iecit T (*non* legit) 27 cum *s. v.* T

me fingere ipsum et non a reo causam cognoscere, explicabo tibi, quae fuerint opiniones in Sardinia de istius mulieris morte — nam fuerunt duae —, quo etiam facilius * * *

* * * * * te dixi, libidinosam atque inprobam ma- 8
trem infami ac noto adulterio iam diu diligebat. is cum hanc suam uxorem anum et locupletem et molestam timeret, neque eam habere in matrimonio propter foeditatem neque dimittere propter dotem volebat. itaque compecto cum matre Bostaris consilium cepit ut uterque Romam veniret: ibi se aliquam rationem inventurum quem ad modum illam uxorem duceret co⟨nfir⟩mavit.

Hic opinio fuit, ut dixi, duplex, una non abhorrens 6
a statu naturaque rerum, Arinis uxorem paelicatus 9
dolore concitatam, cum audisse⟨t⟩ Arinem cum illa sua metus et fugae simulatione Roma⟨m⟩ se contulisse, ut, cum antea consuetudo inter eos fuisset, tum
etiam nuptiis iungerentur, arsisse dolore muliebri et 10
mori quam id perpeti maluisse; altera non minus veri similis et, ut opinor, in Sardinia magis etiam credita, Arinem istum testem atque hospitem, Triari, tuum proficiscentem Romam negotium dedisse liberto, ut illi aniculae non ille quidem vim adferret — neque enim erat rectum patron⟨a⟩e —, sed collum digitulis duobus oblideret, resticula cingeret, ut illa perisse suspendio

T (— 4) A (*ab* 5)] 5 ⟨ut paulo an⟩te dixi *Krey. 482, ubi* ⟨Aris enim Bostaris⟩ *praem. Gau. 375 duce Bei. ad totam hanc partem spectat Quint. 5, 13, 28* (in contradictionibus interim totum crimen exponitur, ut Cicero pro Scauro circa Bostarem facit veluti orationem diversae partis imitatus) 12 *suppl. Pey.* 15 statu natunaturaquae A *corr. Pey.* Arinis uxorem *et* Arinis . . . concitatam *Prisc. GL. II 317, 21 et 219, 12* (*ob* Arinis) 16 dedecore *Busche, Philol. Wschr. 1912, 341, vix recte* concitata A 17 sua ⟨amica⟩ *Mue.* (*vel* ⟨a.⟩ s.) *etiam Phil. 2, 69* illam suam *non tolerans* 21 creditu A 23 libertus patronam non occidit, sed duobus digitulis gulam oblidit *Porph. in Hor. sat. 2, 1, 30* (*παρὰ προσδοκίαν*) 26 oblideret ⟨et⟩ *Cra.*

11 putaretur. quae quidem suspicio valuit etiam plus ob
hanc causam, quod, cum agerent parentalia Norenses
omnesque suo more ex oppido exissent, tum illa est
a liberto suspendisse se dicta. discessus autem soli-
tudo ei, qui patronam suffocabat, fuit quaerenda, illi,
12 quae volebat mori, non fuit. confirmata vero suspicio
est, quod anu mortua libertus statim tamquam opere
confecto Romam est profectus, Aris autem, simulac
libertus de morte uxoris nuntiavit, co⟨n⟩tinuo Romae
matrem illam Bostaris duxit uxorem.

7 13 Em, quibus familiis quam foedis, quam contamina-
tis, quam turpibus ⟨de⟩datis hanc familiam, iudices,
em, quibus testibus commoti. de quo homine, de quo
genere, de quo nomine sententias feratis, obliviscen-
dum vobis putatis? matrum in liberos, virorum in uxo-
res scelera cernitis, crudelitate mixtas libidines vide-
tis inmanis; duorum maximorum criminum auctores,
quibus criminibus haec tota apud ignaros aut invidos
⟨in⟩famata causa est, omni facinore et flagitio defor-
matos habetis.

8 14 Num igitur in his criminibus, iudices, residet iam
aliqua suspicio? non perpurgata sunt, non refutata,
non fracta? qui igitur id factum est? quia dedisti mihi,
Triari, quod diluerem, in quo (a)rg(ume)nta(re)r, de
quo disputarem; quia genus eius modi fuit criminum,
quod non totum penderet ex teste, sed quod pondera-
15 ret iudex ipse per se. neque vero, iudices, quicquam
al(i)ud in ignoto teste facere debemus, nisi ut argu-

---

A] 1 quae . . . Norenses (*om.* plus) *Sever. RL. 362, 8 (ob suspicionem)* 3 omnesqui A *corr. Hei.* 4 solitodo A 11 em, a *s. v.* A en *Schue.* (*item* 13) 12 *add. Hei.* 13 *dist. Fra.* (commoti de quo *et* feratis! obliviscendum . . . scelera? *priores*) [de quo homine] *Fra.* homine *pro* nomine *corr.* 17 *dist. Bei.* (immanis duorum . . . est; *priores*) 18 totaûput A 19 *add. Schue.* (*vel* ⟨dif⟩f.) 21 resitetiam A *corr. Mai* (resi⟨de⟩t etiam *Hei.*) 24 *suppl. Mai* 26 quod totum non *Cra.* 27 se⟨se⟩ *Cl.* '*clausulae gratia*' (*quasi non* –∪– ––– –∪–∪ *optima sit)*

mento, coniectura, suspicione rerum ipsarum vim natu-
ramque quaeramus. etenim testis non modo Afer aut
Sardus sane, si ita se isti malunt nominari, sed quivis
etiam elegantior ac religiosior inpelli, deterreri, fin(g)i,
flecti potest; dominus est ipse voluntatis suae, in quo
est inpunita men(tien)di licen(t)i(a). argumentum vero, 16
quo⟨d⟩ quide⟨m⟩ est proprium rei — neque enim ul-
lum aliud argumentum vere vocari potest —, rerum
vox est, naturae vestigium, veritatis nota; id qualecum-
que est, maneat inmutabile necesse est: non enim fin-
gitur a(b o)ratore, sed sumitur. quare in eo genere accu-
sationis si vincerer, succumberem et cederem: vince-
rer enim re, vincerer causa, vincerer veritate. agmen 17
tu mihi inducas Sardorum et catervas et me non crimi-
nibus urgere, sed Afrorum fremitu terrere conere?
non potero equidem disputare, sed ad horum fidem et
mansuetudinem con(fuge)re, (a)d ⟨i⟩us (i)u(randum
iudicum, ad) populi Romani (aeq)uitatem, qui hanc fa-
miliam in hac urbe principem voluit esse, deorum im-
mortalium numen inplorare potero, qui semper extite-
runt huic generi nominique fautores. 9
'Poposcit, imperavit, eripuit, coëgit.' si doces tabu- 18
lis, quoniam habet seriem quandam et ordinem con-
tracti negotii confectio ipsa tabularum, attendam acri-
ter et, quid in defendendo mihi agendum sit, videbo.
si denique nitere testibus non dico bonis viris ac pro-
batis, noti sint modo, quem ad modum mihi cum quo-
que sit confligendum considerabo. sin unus color, una 19
vox, una natiost omnium testium, si quod ii dicunt

---

AT (*ab* 23 quoniam)] 1 co||iectura A 4 religiosiosior A 6 *suppl. Hei.* 7 quoquede||est A *corr. Hei.* 8 ⟨quod⟩ rerum *Kay. refutante per distinctionem Fra. 376 sq.* 13 omnire A *corr. Mdv. Adv. 2, 232* 17. 18 *priora Pey.* ius *pro* us *corr., reliqua suppl.*, PR *solvit Bei.* 22 docet A *corr. quidam apud Kay.* 25 defendo T 26. 27 (testib)us(nite)re A *ico****||*o***p**ua||*********||**quem admo||dum A (*fuitne* dicouiris||bonis[?] proua||tis notis mo||do?) 28 confligendum sit A

non modo nullis argumentis, sed ne litterarum quidem aliquo genere aut publicarum aut privatarum, quod tamen ipsum fingi potest, confirmare conantur, quo me vertam, iudices, aut quid agam? cum singulis disputem? quid? non habuisti quod dares. habuisse se dicet. quis id sciet, quis iudicabit? non fuisse causam. finget fuisse. qui refellemus? potuisse non dare, si noluisset. vi ereptum esse dicet. quae potest eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam confutare?
10 20 non agam igitur cum ista Sardorum conspiratione et cum expresso, coacto sollicitatoque periurio suptiliter neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram, sed contra impetum istorum impetu ego nostro concurram atque confligam. non est unus mihi quisque ex illorum acie protrahendus neque cum singulis decertandum atque pugnandum: tota est acies illa uno impetu prosternenda.

21 Est enim unum maximum totius Sardiniae frumentarium crimen, de quo Triarius omnis Sardos interrogavit, quod genus uno testimonii foedere et consensu omnium est confirmatum. quod ego crimen antequam attingo, peto a vobis, iudices, ut me totius nostrae defensionis quasi quaedam iacere fundamenta patiamini. quae si erunt, ut mea ratio et cogitatio fert, posita et constituta, nullam accusationis partem pertimescam.
22 dicam enim primum de ipso genere accusationis, postea de Sardis, tum etiam pauca de Scauro: quibus rebus explicatis tum denique ad hoc horribile et formidulosum frumentarium crimen accedam.

---

AT] 2 *liqu***nere A 5 — 8 *dist. Mue. duce Fra. 377* (dares? ... causam? ... refellemus potuisse ... noluisset? *priores*) 6 dicit A idiscietquis T idscietquisid A scit *Bei.* iudicauit A indicavit *Bei.* causam ⟨dicam⟩ *Fra.* 7 si T se A 11 epresso T et coacto A suptiliter neg· (*pro* q·) T subtiliter nec A 12 acu⟨ta⟩ quaedam ⟨et⟩ *Krey. coll. de or. 3, 32* 13 istum illorum A 14 quisque mihi A 20 [genus] *Gau. 285* u*o A unum T 22 petauobis T 23 fundamenta iacere T *(quod probat Fra. 385* [*Mue. Cl.*] *numero ratione que reluctante)* 24 sierunt A fierunt T

Quod est igitur hoc accusationis, Triari, genus, pri- 11 23
mum ut inquisitum non ieris? quae fuit ista tam ferox,
tam explorata huius opprimendi fiducia? pueris nobis
audisse videor L. Aelium, libertinum hominem littera-
tum ac facetum, quom ulcisceretur patroni iniurias,
nomen Q. Titi Muttonis, hominis sordidissimi, detulisse.
a quo cum quaereretur, quam provinciam aut quam
diem testium postularet, horam sibi octavam, dum in
foro bovario inquireret, postulavit. hoc tu idem tibi in 24
M. Aemilio Scauro putasti esse faciendum? 'delata
enim' inquit 'causa ad me Romam est.' quid? ad me
Siculi nonne Romam causam Siciliae detulerunt? at
qui homines: prudentes natura, callidi usu, doctrina
eruditi. tamen ego mihi provinciae causam in provincia
ipsa cognoscendam et discendam putavi. an ego que- 25
rellas atque iniurias aratorum non in segetibus ipsis
arvisque cognoscerem? peragravi, inquam, Triari, du-
rissima quidem hieme vallis Agrigentinorum a⟨t⟩que
collis. campus ille nobilissimus ac feracissimus ipse
me causam paene docuit Leontinus. adii casas arato-
rum, a stiva ipsa homines mecum colloquebantur.

---

A (— 16 iniurias) T] 1 triarii T *dist. Bei.* (genus? . . . ieris. *priores*) 2 ieris (i *ante* e *s. v.*) T ferax *et* 3 fidicia T 4 laelium T uaelium A *corr. Pey.* 5 ac facetum *om.* A 6 i||quet A titiq· T *corr. Schoe.* Q. *edd.* (T. Quincti *Fra. 385, sed cum etiam A aliquid turbatum esse indicat tum* Muttonis *cognomen optime cum* Titii *nomine coit: v. Arch. 2, 118 sq. et 10, 382 sq.*) 7 quaeretur A 8 postulare T ∗um A 10 M. *om.* A putusti A 11 ad me *om.* T romae AT *corr. Fra. 378* qui T 12 romam T romae A adqui A (atqui *priores corr. Mdv. Adv. 2, 232*) 13 prudentes *bis* A *alt. exp.* usuọ T 14 in prouinciaṃ ipsa (*non* -ã) T in prouinciam ịpsā A 15 et discendam *om.* A 16 ịnon T 17 peragravi *bis Or.* 19 campus ipse *(om. mediis)* . . . Leontinus *Rufin. RL. 47, 30 (ob* ὑπερβολήν*)* ipse . . . Leontinus (*add.* campus *post* causam) *Fortunat. RL. 123, 26 (ob verbum longius s. f.)* (nobilissi)mus *e* -morum T 20 adii causas oratorum *(sic) Arus. GL. VII 459, 15 (ob* adii *c. acc.)* adọi, [i] *ad* i *add.* T 21 a (*vel* ab) . . . loquebantur (conl. *unus cod.*) *Serv. in Georg. 1, 174* (*ob* stiva) .colloquebant, ur *s. v.* T

26 itaque sic fuit illa expressa causa, non ut audire ea quae dicebam, iudices, sed ut cernere et paene tangere viderentur. neque enim mihi probabile neque verum videbatur me, cum fidelissimae atque antiquissimae provinciae patrocinium recepissem, causam tamquam unius clientis in cubiculo meo discere.

12 27 Ego nuper cum Reatini qui essent in fide mea me suam publicam causam de Velini fluminibus et cun⟨i⟩culis apud hos consules agere voluissent, non existimavi me neque dignitati praefecturae gravissimae neque fidei meae satis esse facturum, nisi me causam
28 illam non solum homines, sed etiam locus ipse lacusque docuisset. neque tu aliter fecisses, Triari, si te id tui isti Sardi facere voluissent, hi, qui te in Sardiniam minime venire voluerunt, ne longe aliter omnia atque erant ad te delata cognosceres, nullam multitudinis in Sardinia querellam, nullum in Scauru⟨m⟩ odium popu⟨li⟩ * * * *

13 29 ****⟨anhe⟩litu Aetnam ardere dicunt, sic Verrem operuissem Sicilia teste tota. tu co⟨m⟩p(e)rendinasti un⟨o⟩ teste producto. at quo teste, di immortales, non satis, quod uno, non, quod ignoto, non, quod levi: etiamne Valerio teste primam actionem confecisti, qui patris tui beneficio civitate donatus gratiam tibi non inlustri-
30 bus officiis, sed manifesto peiurio rettulit? quodsi te omen nominis vestri for(te) dux(it), nos tamen id more maiorum, quia faustum putamus, non ad perniciem,
14 verum ad salutem interpretamur. sed omnis ista celeritas ac festinatio, quod inquisitionem, quod priorem

---

A (*ab* 19 -litu) T (— 18 popu-)] 2 dices, iu *s. v.* T *an* tangere ⟨res⟩? *(ob clausulam)* 13 docuissuet *(num* -uet *discerni nequit)* 17 scauro T *corr. Or.* 19 *add. Bei. de Encelado vel Typhone cogitans* obruissem *Hei. at cf. Ter. Ad. 182 (sane off. 3, 48* obruerunt *optima est scriptura,* cooperuerunt *secundaria)* 20 tuocop*||rendinastium||teste A, *ubi* tu ⟨un⟩o *et* ⟨re⟩um *Bei. corr.*, tu ⟨ver⟩o *et* un⟨o⟩ *Ha.; at* o *ad* um *corrigendum pertinens falso ad* tu *adscr. vid.* 25 manifecto A 28 ⟨ualere⟩, verum *Bei. duce Schol.* A

actionem totam sustulisti, illu⟨d⟩ patefecit et inlustra-
vit, quod occultum tamen non erat, non esse hoc iu-
dicium iudici, sed comitiorum consularium causa com-
paratum.

Hic ego Appium Claudium, consulem fortissimum 31
atque ornatissimum virum mecumque, ut s[u]pero, fi-
deli in gratiam reditu firmoque coniunctum, nullo loco,
iudices, vituperabo. fuerint enim eae partes aut eius,
quem id facere dolor et suspicio sua coëgit, aut eius,
qui has sibi partes depoposcit, quod aut non animad-
vertebat quem violaret aut facilem sibi fore in gra-
tiam reditum arbitrabatur; ego tantum dicam, quod et 32
causae satis et in illum minime durum aut asperum
possit esse. quid enim habet turpitudinis Appium Clau-
dium M. Scauro esse inimicum? quid? avos eius P.
Africano non fuit, quid? mihi ipsi idem iste, quid?
ego illi? quae inimicitiae dolorem utrique nostrum
fortasse aliquando, dedecus vero certe numquam attu-
lerunt. suscessori decessor invidit, voluit eum quam 33
maxime offensum, quo magis ipsius memoria excel-
leret; res non modo non abhorrens a consuetudine, sed
usitata etiam et valde parvagata. neque vero tam haec 15
ipsa cottidiana res Appium Claudium illa humanitate
et sapientia praeditum per se ipsa movisset, nisi hunc
C. Claudi, fratris sui, competitorem fore putasset. qui 34
sive patricius sive plebeius esset — nondum enim cer-
tum constituerat — cum hoc sibi contentionem fore

---

AT (*ab* 9 aut eius)] 8 fuerant A *corr. Fra. 37 8* 9 doleret A *corr. Mai* 10 depopossit T non *om.* T 11 reditum in gratia T 15 auoseius T auos A 16 *dist. Krey.* (quid mihi *priores*) 19 suscessori T successum A successor *Kay.* (decessor *a Cic. iam Wolff progr. Flensburg 1824 abiudicabat*) etuoluit A 20 memoriam lacesseret A 22 etiamnum et uulgata A (etiamnunc *Or. at cf. Fra. 386; ceterum a* ual- *ad* ua- *aberrans corr.* uul- *auctor huius scripturae*) neque vero . . . putabat (554,1) *Asc. 27, 2 St.* 'cir. medium' tam A tamen T *om. Asc.* 25 C. *om. Asc.* 26 nondum T *Asc.* non A 27 constitutum erat cum illo *Asc.* sibi certum A (*e. v.* 26 sq.)

putabat, Appius autem hoc maiorem etiam, quod illum in pontificatus petitione, in saliatu, in ceteris meminerat fuisse patricium. quam ob rem se consule neque repelli fratrem volebat neque, iste si patricius esset, parem Scauro fore videbat, nisi hunc aliquo aut metu
35 aut infamia perculisset. ego id fratri in honore fratris amplissimo non concedendum putem, praesertim qui quid amor fraternus valeat paene praeter ceteros sentiam? at enim frater iam non petit. quid tum? si ille retentus a cuncta Asia supplice, si a negotiatoribus, si a publicanis, si ab omnibus sociis, civibus exoratus anteposuit honori suo commoda salutemque provin-
16 ciae, propterea putas semel exulceratum animum tam
36 facile potuisse sanari? quamquam in istis omnibus rebus, praesertim apud homines barbaros, opinio plus valet saepe quam res ipsa. persuasum est Sardis se nihil Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint; multorum etiam spe commodorum praemiorumque ducuntur; omnia consulem putant posse, praesertim ultro pollicentem. de quo plura iam
37 non dicam. quamquam ea, quae dixi, non secus dixi quam si eius frater essem, non is qui et est et qui multa dixit, sed is qui ego esse in meum consuevi. generi igitur toti[us] accusationis resi⟨s⟩tere, iudices, debetis, in quo nihil more, nihil modo, nihil considerate, nihil integre, contra improbe, turbide, festinanter, ra-

AT (— 18 detraxerint)] 1 hoc *del. Fra. 381* 4 neq· ipse T neque A *corr. Mue. (vel* ille, *cum de* ipse *post* nisi *v. 5 traiciendo cogitarit Kay.)* 6 fratrinhonore T 7 amplissimon||********||putem T quiquid A qumquid T 10 supplicei (*non* si) T 12 satutemq. T 13 putassentuel T ani*um *** facile A 17 nihil Sardos Appio . . . detraxerint *Arus. GL. VII 466, 11* (*ob* detraho de) sauri (c *s. v.*) A 18 etia|| A 20 pollicente|| A 21 sesecus A 22 *in* et qui *haeserunt Cra. Hei. Wolff, ubi* et ⟨ini⟩qua *Fra. 382* et qui ⟨parum fraterne⟩ *Cl., cum Mue. Marc. 31* (neque qui) *comparet* 24 *del. Mue.* 25 nihilmode || nihilmodo A *corr. Niebuhr* (nihil modo *tanquam malam praecedentis membri correcturam del. Fra. l. s.*) 26 rapide] cupide *Bei.* rabide

pide omnia conspiratione, imperio auctoritate, spe mi-
nis videtis esse suscepta. 17
Venio nunc ad testes, in quibus docebo non modo 38
nullam fidem et auctoritatem, sed ne speciem quidem
esse aut imaginem testium. etenim fidem primum ipsa
tollit consensio, quae patefacta est conpromisso Sar-
dorum et coniuratione recitata; deinde illa cupiditas,
quae suscepta est spe et pr(omissione) pr(ae)miorum;
postremo ipsa natio, cuius tanta vanitas est, ut liber-
tatem a servitute nulla re alia nisi mentiendi licentia
distinguendam putent. neque † ego Sardorum querellis 39
moveri nos numquam oportere. non sum aut tam in-
humanus aut tam alienus a Sardis, praesertim cum
frater meus nuper ab [h]is decesserit, cum rei (fr)u-
(mentari)ae Cn. Pompe⟨i⟩ missu praefuisset, qui et ipse
illis pro sua fide et humanitate consuluit et eis vicis-
sim percarus et iucundus fuit. pateat vero hoc perfu- 40
gium dolori, pateat iustis querellis, coniuratio⟨ni⟩
vi⟨a⟩ intercludatur, obsaepiatur insidiis, neque hoc in
Sardis magis quam in Gallis, in Afris, in Hispanis.
damnatus est T. Albucius, C. Megaboccus ex Sar⟨di⟩nia 18
non nullis etiam laudantibus Sardis. ita fidem ma-
iorem varietas ipsa faciebat: testibus enim aequis, ta-
bulis incorruptis tenebantur. nunc est una vox, una 41
mens non expressa dolore, sed simulata, neque huius

---

*Bai. (Kay.) quod coll. Tusc. 5, 16 commendat Busche l. s. s. (cf. Fra. l. s.)*

A] 1 omnia *bis Cra.* 6 *dubium utrum* patefacta *an* latef. *sit in* A 8 *suppl. Mai.* 9 *haec et sequentia spectat Quint. 11, 1, 89* (Cicero . . . Sardos contemnit) 10 me¦tiendi A 11 ditinguendā (s *s.* t) A 12 aio *ante* oportere *add. Mai (pro* ego *Hei.),* dico *ibid. Bei. (vel post* ego [*sic Or.*], *ante* moveri *Mue.,* nego *post* ego (*et* umquam) *Bei. in Add. (pro* ego *et* ⟨non⟩numquam *Cl.)* 14 *del. Mue.* (iis) 15 **u ******* aecn· pompe· A *suppl. Mai* 17 hoc perfugium vero *Fra. l. s. duce Hei.* 18. 19 *add. Bei.* (coniurationi *Wolff)*

19 obsediatur A *corr. Pey.* (obsideatur *Krey.*) 21 est l. A *corr. Bei.* ⟨et⟩ C. *Mai* 21 Megabocchus *Hei. coll. Att. 2, 7, 3 et Plut. Crass. 25* (Μεγάβακχος) 23 ėipsa A

iniuriis, sed promissis aliorum et praemiis excitata. at creditum est aliquando Sardis. et fortasse credetur aliquando, si integri venerint, si incorrupti, si sua sponte, si non alicuius inpulsu, si soluti, si liberi. quae si erunt, tamen sibi credi gaudeant et mirentur. cum vero omnia absint, tamen se non respicient, non gentis suae famam perhorrescent?

19
42 Fallacissimum genus esse Phoenicum omnia monu-
menta vetustatis atque omnes historiae nobis prodide-
runt. ab his orti Poeni: multis Carthaginiensium rebel-
lionibus, multis violatis fractisque foederibus nihil se
degenerasse docuerunt. a Poenis admixto Afrorum ge-
nere Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi consti-
43 tuti, sed amendati et repudiati coloni. quare cum in-
tegri nihil fuerit in hac gente plena, quam valde eam
putamus tot tran⟨s⟩fusionibus coacuisse? hic mihi
ignoscet Cn. Domitius Sincaius, vir ornatissimus, ho-
spes et familiaris meus, ignoscent † delecones ab eo-
dem Cn. Pompeio civitate donati, quorum tamen om-
nium laudatione utimur, ignoscent alii viri boni ex
44 Sardinia: credo enim esse quosdam. neque ego, cum
de vitiis gentis loquor, neminem excipio; sed a me est
de universo genere dicendum, in quo fortasse aliqui
suis moribus et humanitate stirpis ipsius et gentis vitia
vicerunt. magnam quidem esse partem sine fide, sine
societate et coniunctione nominis nostri re⟨s⟩ ipsa de-

---

A] 5 tamen] tum *Hei. malim* et mirentur tamen 8 foenicum A 10 phoeni A, *ubi dist. Schoe.* (Carthaginiensium *del. Mue., pro quo* sociorum *vel* domesticis *substituebat Busche l. s. sine ulla probabilitate*) rebellen||sibus A 12—14 *huc spectat Pomp. GL. V 144, 29:* in Cicerone in Scauriana invenimus istam discretionem de Sardis et Sardiniensibus, ut illos incolas illos advenas doceat*: unde perperam novum fragmentum* (51) *hauserunt priores* 14 amandati *Mai* 15 plena] pura *Hei.* Poena *Fra. 284* pestilentia *praem. Cl.: quod coll. Mil. 29, or. 157 refutat Busche l. s. ex vini metaphora h. l. regnante dudum refutaverat Bei.* 18 delecones (elec *litt. incertis*) A denique omnes *Bei. plerisque probantibus, minime recte: nomen subest ignotum, ut vid.* 22 sedameṅ *(sic)* A (sed ⟨t⟩amen *Mai*)

clarat. quae est enim praeter Sardiniam provincia, quae nullam habeat amica⟨m⟩ populo Romano ac liberam civitatem? Africa ipsa parens illa Sardiniae, 45a quae plurima et acerbissima cum maioribus nostris bella gessit, non solum fidelissimis regnis, sed etiam in ipsa provincia se a societate Punicorum bellorum Utica teste defendit. Hispania ulterior Scipionum int⟨eritu⟩ * * *

* * * * copiis inops, gente fallax. b

(Alverni) inventi sunt, qui etiam fratres populi Ro- c mani vocarentur.

hoc nomine audito, quod per omnes gentes perva- 20 45 f gatum est * * *

*Tullius imperat Sardis, ut de familia nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sentirent.*

nam cum ex multis unus ei restaret Dolabella pater- 21 45 h nus inimicus, qui cum Q. Caepione, propinquo suo, contra Scaurum patrem su[umo]bsignaverat, [ceteras] eas sibi inimicitias non susceptas, sed relictas * * *

quae, malum, est ista ratio? 20 45 d

quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutabit?

---

A (— 7 int[eritu])] 2 amicaprac A 8 *add. Bei.* 9 copiis ... fallax *Arus. GL. VII 480, 4 (ob* inops c. *abl.)* 10 inventi ... vocarentur *Schol. Lucan. 1, 427* (Alverni a quodam Troiano nominantur ... de his C. in Sc.) *attulit Ha.* 12 hoc ... est *Arus. GL. VII 503, 17 (ob* per *geminatum)* 14 Tullius ... sentirent *Ammian. Marc. 22, 15, 24* 16 nam ... relictas et cetera *Asc. 27, 14 St.* 'post duas partes orationis' (dicit de Scauro quem defendit) 17 quicumque S 18 suum *del. Ha.* obsignauerat C *corr. Mo.* ceteras S *del. Krey.* (*v. mox* et cetera) steteras PM (eas *del. Mo.*) 19 sibi *om.* S relatas C *corr. Bei.* 20 quae ... ratio *Eugr. in Heaut. 4, 3, 38* (*ob* malum) 21 quem ... mut. *Isid. 19, 23, 5* (*ob* mastr.) *cf. Quint. 1, 5, 8:* mastrugam quod Sardum est Cic. de industria dixit *(et v.* mastrucati *prov. cons. 15) itemque Pomp. et Consent. GL. V 284, 21 et 386, 24 ac TG.* s. *v., ubi* mastruga *codd. quidam Isid. Quint.* A *ante corr. Pomp. glossae* 22 mutauit *Isid. corr. St. Tulliana (1888) 8*

*De aedilitate M. Scauri et opulentia ludorum plenissime dixit in ea oratione, qu[i]a ipsum quoque M. Scaurum defendit.*

21
45 i praesertim cum propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis.

22
45 l ego porro qui Albanas habeo columnas, clitellis eas adportavi.

45 n Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti, depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestimasti.

45 o haec cum tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis, ut M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria sordidissimae, vanissimae, levissimae genti ac prope dicam pellitis testibus condonetur?

23
46 Undique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quocumque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. curia illa vos de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur; L. ipse Metellus, avus huius,

---

1 de ... defendit *Schol. B in Sest. 116 (135, 29 St.) attulit Gau. 286 cf. Asc. supra 532, 9* 4 praesertim ... cupiditatis *Asc. 26, 24 St.* ‘post tres partes ⟨a⟩ primo’ (quo loco defendit quod tam magnificam domum Scaurus habet) loci] *an* fori*?* (loco *extat in v. praecedente apud Asc.*) 6 ego ... adportavi *Quint. 5, 13, 40 (ob Triari elusionem)* clitellas eas deportaui *Quint.* A *fragm.* 45 m *(e Quint. 8, 1, 47) dempserunt Ha. et Gau. 287*
8 domus ... aestimasti *Cic. or. 223 sq.* (‘de me’ *ob numerum*), *quod exscr. Rufin. GL. VI 571, 9 itemque* domus ... egebas *Diom. GL. I 466, 6* (Cic.), *cum* domus ... egebas *Quint. 9, 2, 15* (Cic. *ob* schema per suggestionem) *afferat et Aquila RL. 30, 1 atque Mart. Cap. 5, 531* (Cic. *ob* ἀντίϑετον) *Scaurianae tribuit Sigonius dubitantibus Spalding et Ha. confirmante Gau. l. s.*
9 alienis *Ruf.* 12 haec ... condonetur *Asc. 28, 6 St.* ‘vers. a nov ...’ effigere SM 13 postulas S 14 cura patris S 15 leuissime uanissime P uanissinae M 17 undique ... deprecarentur (559, 3) *Asc. 28, 14 St.* ‘ver. a novis. CLX’ 18 inciderunt *RKl.* (‘*clausula vix meliore*’ *Zie.*) 19 de clarissimo patri S

sanctissimos deos illo constituisse templo videtur in
vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepotis
sui deprecarentur, quod ipsi saepe multis laborantibus
atque implorantibus ope sua subvenissent. Capito- 47
lium illud templis tribus inlustratum, paternis atque
etiam huius amplissimis donis ornati aditus Iovis op-
timi maximi, Iunonis Reginae, Minervae M. Scaurum
apud * * * *

illius L. Metelli, pontificis maximi, qui, quom templum (48)
illud arderet, in medios se iniecit ignes et eripuit e
flamma Palladium illud, quod quasi pignus nostrae
salutis atque imperii Vestae custodi⟨i⟩s continetur.
qui utinam posset parumper existere: eriperet ex hac 48
flamma stirpem profecto suam, qui eripuisset ex illo
incendio di * * *

* * * * tum te vero, M. Scaure, ⟨e⟩quidem vide⟨o⟩, vi- 24 49
deo, inquam, non cogito solum, nec vero sine magno
animi maerore ac dolore, quom tui filii squalorem
aspexi, de te recordor. atque utinam, sicut mihi tota in
hac causa versatus ante oculos ⟨es⟩, sic nunc horum
te offeras mentibus et in horum animis adhaerescas.
species me dius * * * * *

* * * * etiamsi forte non nosset, tamen principem civi-
tatis esse diceret.

Quo te nunc modo appellem? ut hominem? at non 50
es inter nos. ut mortuum? at vivis et viges, at in om-
nium animis atque ore versaris, atque divinus animus
mortale nihil habuit, neque tuorum quicquam potuit
emori praeter corpus. quocumque igitur te mo⟨do⟩ * * *

---

T 1 (-tuisse) — 29 (mo-) *folio ultimo abscissis septem in quattuor columnis versibus 17—22 litterarum*] 1 in templo P *solus* 2 nepoti suo T 3 deprecaretur PM 4 opem suam *Bei.* 9 quum T 16 e *add. C. Z. Jen. Litztg. XXV (1824) 436* uidi T *corr. Bei.* 19 de te recordor *Arus. GL. VII 505,10* 20 *add. Bei.* 29 *add. Bei.*

51 *periclitantem vero commendat dignitas et studia fortia et susceptae bello cicatrices et nobilitas et merita maiorum. hoc quod proxime dixi Cicero atque Asinius certatim usi sunt, pro Scauro patre hic, ille pro filio.*

52 universe.

---

1 *fragm. in edit. sequens omittendum fuit (cf. ad 556, 12); sed ad hanc partem perorationis spectant Quintiliani verba 6, 1, 21:* 'periclitantem ... filio' 6 universe *Char. GL. I 224, 13*

# M. TULLI CICERONIS
# PRO C. RABIRIO POSTUMO ORATIO

## SIGLA

ω = codices omnes
ψ = archetypi lectio
ς = singuli vel complures codices

## NOTAE

*Ang.* = Angelius
*Bai.* = Baiter
*Br.* = ten Brink, Philol. XI 1856 p. 92—100. Mnem. N. S. II 1874 p. 80—88
*Cl.* = Clark
*Ern.* = Ernesti
*Gar.* = Garatoni
*Grae.* = Graevius
*Ha.* = Halm (1855 = Abhandl. der bayr. Akad. Philos.-philol. Klasse VII 1855 p. 621—664)
*Hot.* = Hotoman
*Kay.* = Kayser (1855 = Jahrb. LXXI 1855 p. 647—654)
*AKl.* = A. Klotz
*RKl.* = R. Klotz
*Koch* = H. A. Koch, Coniectanea Tulliana Progr. Pforta 1868
*Kra.* = Kraffert, Beiträge zur Kritik u. Erklärung lateinischer Autoren III Progr. Aurich 1883
*Lb.* = Lambinus
*Leh.* = Lehmann Herm. XIV 1879 p. 451—456
*Mdv.* = Madvig (1855 = Abhand. der bayr. Akad. Philos.-philol. Klasse VII 1855 p. 664—672. 1856 = in appendice editionis Turicensis alterius)
*Man.* = Manutius
*Mo.* = Mommsen
*Mue.* = C. F. W. Mueller
*Mur.* = Muretus
*Nau.* = Naugerius
*Or.* = Orelli
*Patr.* = Patricius
*Pluyg.* = Pluygers Mnem. X 1861 p. 111—112
*Schue.* = Schuetzius
*Turn.* = Turnebus
*Zie.* = Zielinski, Das Clauselgesetz in Ciceros Reden. Philol. Suppl. IX 1904

## TESTIMONIA

*Quint. 3, 6, 11* nam et pro Rabirio Postumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit ut actionem competere in equitem Romanum neget, secunda nullam ad eum pecuniam pervenisse confirmat.

*Suet. Claud. 16, 2* quendam vero *(notavit Claudius in censura)* et quod comes regis in provincia fuisset, referens maiorum temporibus Rabirio Postumo Ptolemaeum Alexandriam crediti servandi causa secuto crimen maiestatis *(immo de pecuniis residuis)* apud iudices motum.

1 1 Siquis est iudices, qui C. Rabirium quod fortunarum suarum fundatas praesertim atque optime constitutas opes potestati regiae libidinique commiserit, reprehendendum putet, adscribat ad iudicium suum non modo meam, sed huius etiam ipsius qui commisit sententiam. nec enim cuiquam eius consilium vehementius quam ipsi displicet. quamquam hoc plerumque facimus ut consilia eventis ponderemus et cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus, nihil sensisse dicamus. si extitisset in rege fides, nihil sapientius Postumo, quia fefellit rex, nihil hoc amentius dicitur,
2 ut iam nihil esse videatur nisi divinare sapientis. Sed tamen siquis est iudices, qui illam Postumi sive inanem spem sive inconsultam rationem sive ut gravissimo verbo utar temeritatem vituperandam putet, ego eius opinioni non repugno; illud tamen deprecor, ut cum ab ipsa Fortuna crudelissime videat huius consilia esse multata, nequid ad eas ruinas quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet. satis est homines im-

---

*inscribunt fere codices* M. Tullii Ciceronis pro C. Rabirio Postumo oratio; *praenomen rei omittit Quint.* 1 fortunarum suarum *Mo.* fortunae suae ψ fortunas suas ς 2 fundatas ω fundatissimas *coni. Cl. quo accepto non est gradatio ad sequentia* optime constitutas 3 opes *del* ς; *ne* fortunae suae ... opes *servemus, obstare videtur quod de pecunia* fortuna *Ciceronis quidem temporibus pluraliter usurpari solet* 19 ⟨non⟩ satis est ⟨humanum⟩ homines *eqs. Koch p. 17, sed*

prudentia lapsos non erigere, urgere vero iacentis aut praecipitantis impellere certe est inhumanum, praesertim iudices cum sit hoc generi hominum prope natura datum, ut siqua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui sint eius stirpis, quod sermo hominum † ad memoriam patrum virtute celebretur, cupidissime persequantur, siquidem non modo in gloria rei militaris Paulum Scipio aut Maximum [filium], sed etiam in devotione vitae et in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filius. sint igitur similia, iudices, parva magnis. 2
fuit enim pueris nobis huius pater C. Curtius princeps 3
ordinis equestris fortissimus et maximus publicanus, cuius in negotiis gerendis magnitudinem animi non tam homines probassent, nisi in eodem benignitas incredibilis fuisset, ut in augenda re non avaritiae praedam, sed instrumentum bonitati quaerere videretur.

---

*recte Mue. confert Phil. 1, 37* satis erat enim illum probatum esse populo Romano. *14, 13* nonne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam bene merentibus non referri?

4 ut si qua *ed. Bipont.* uti qua ω 5 sint ψ sunt ς eius ω eiusdem *Ern.* quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur ω *del. Ern.* quod sermone h. h. ac memoria p. virtutis celebrantur (v. celebrentur *RKl.* virtus celebretur *Or.*) *Schue.* quam (cum *Gar.* quod *def. Mdv.*) sermo h. ac memoria p. virtutem celebret *Mo.* quod sermo h. ad memoriam ⟨posteritatis⟩ patrum virtutes celebret *coni. Mue. temptavi* quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebr⟨anda glori⟩etur 8 *ut supra AKl. (cf. Lael. 59* Q. vero Maximum fratrem . . . tamquam superiorem colebat *Scipio)* scipio aut maximum filium ψ sc. aut maximum filius ς [Scipio] aut Maximum filius *Kay.* Scipio aut Maximus [filii] *Mdv. 1856 p. 1454* Scipio ac Maximus filii *Cl. quod ita probabile videtur ut vox* [filii] *deleatur. nam parum verisimile est in utriusque membri fine vocem* filius *extare* 11 fuit ς sufficit ψ curtius ς curius ψ 12 fortissimus ω fortunatissimus *Ha. 1855 p. 629 adn. 10; sed cf. Mue. p. LXXII. nec* maximus *post adiectivum* fortunatissimus *aptum* fortissimus . . . publicanus *del. Kay. 1855 p. 651* 14 tam ω tantum *Ern., sed cf. Planc. 77 p. 520, 22 Att. 6, 2, 3* homines ς in eo (*vel* eos) ψ *om.* ς; *nisi forte post vocem* animi *lacuna statuenda est, quae sic potest expleri* animi ⟨omnes laudaverunt quam⟩ non tam in eo probassent *vel sim.*

4 hoc ille natus quamquam patrem suum numquam viderat, tamen et natura ipsa duce quae plurimum valet et assiduis domesticorum sermonibus in paternae vitae similitudinem deductus est. multa gessit, multa contraxit, magnas partis habuit publicorum; credidit populis; in pluribus provinciis eius versata res est; dedit se etiam regibus; huic ipsi Alexandrino grandem iam antea pecuniam credidit. nec interea locupletare amicos umquam suos destitit, mittere in negotium, dare partis, augere ⟨re⟩, fide sustentare. quid multa? cum magnitudine animi, tum liberalitate vitam patris et consuetudinem expresserat. Pulsus interea regno Ptolomaeus dolosis consiliis ut dixit Sibylla, sensit Postumus, Romam venit. hic egenti et roganti hic infelix pecuniam credidit, nec tum primum. nam regnanti crediderat absens; nec temere se credere putabat, quod erat nemini dubium, quin is in regnum restitueretur
5 a senatu populoque Romano. in dando autem et credendo processit longius nec suam solum pecuniam credidit, sed etiam amicorum. stulte, quis negat, aut quis iam audebit quod male cecidit bene consultum putare?

---

1 hoc ille *ω* illo hic *vel* hic illo *Ha.* hoc [ille] *Kay.* hic ex illo *Georges, Philol. XXXII 1873 p. 540; recte* hic *de eo dictum est qui modo descriptus est,* ille *de filio de quo antea actum* quamquam patrem suum numquam viderat *RKl.* quamvis p. s. numquam viderat *ω* quamquam vix p. s. [numquam] viderat *Br. 1874 p. 81* qui oculis p. s. numquam viderat *Klussmann, Tulliana, Pr. Gera 1877 p. 16* quamvis p. s. numquam videret *Mdv. Adv. III 1884 p. 149* quamvis p. s. numquam viderit *ς Luterbacher, Jahresber. d. phil. Ver. XIII 1887 p. 230* 2 et *ς* ei *ψ* 3 vitae *Hot.* culpae *ω* curae *Man.* disciplinae *Cl. abusus loco alieno Verr. 5, 30* 4 deductus est *ω* deductus esset *Mdv. l. l.* 10 augere ⟨re⟩ *RKl.* augere *ψ* re augere *ς* 13 sibulla *an* sibilla *in archetypo fuerit dubium* 14 hic *(sc. Romae) AKl.* huic *ω del. Ha. 1855 p. 660* ei *Lb.* tum *Leh. p. 452* cui *Mue.* 15 ⟨ante⟩ regnanti *coni. Cl., sed temporis significatio inutilis propter plusquamperfectum* 17 restitu⟨i iub⟩eretur *coni. Mue. sine ulla causa* 21 iam audebit (audet *Mdv. 1855 p. 665*) *Mue.* iam amovet *ψ* admonet *ς* iam volet *Ha. 1855 p. 650* iam avet *Koch, Rhein. Mus. XIII 1858 p. 285*; iam

sed est difficile quod cum spe magna sis ingressus,
id non exequi usque ad extremum. supplex erat rex, 3
multa rogarat, omnia pollicebatur, ut iam metuere Po-
stumus cogeretur, ne quod crediderat perderet, si cre-
dendi constituisset modum. nihil autem erat illo blan-
dius, nihil hoc benignius, ut magis paeniteret coepisse
quam liceret desistere.

Hinc primum exoritur crimen illud; senatum corrup- 6
tum esse dicunt. o di immortales! haec est illa exop-
tata iudiciorum severitas? corruptores nostri causam
dicunt; nos qui corrupti sumus, non dicimus? Quid
ergo? senatum defendam hoc loco, iudices? omni
equidem loco debeo; ita de me est meritus ille ordo.
sed nec id agitur hoc tempore, nec cum Postumi causa
res ista coniuncta est. quamquam ad sumptum itineris,
ad illam magnificentiam apparatus comitatumque re-
gium suppeditata pecunia a Postumo est, factaeque
syngraphae sunt in Albano Cn. Pompei cum ille Roma
profectus esset, tamen non debuit is qui dabat, quo-
modo ille qui accipiebat consumeret, quaerere. non
enim latroni, sed regi credidit, nec regi inimico po-
puli Romani, sed ei cuius reditum consuli commenda-

---

amovet ⟨culpam ab eo⟩ quod . . . cecidit [bene . . . putares] *Kay. 1855 p. 651* ⟨id⟩ bene *Patr.* putare *idem* putares ψ putaret ς 1 sed *Turn.* id ψ at ς spe magna ς spem magnam ψ 3 multa ω multum *Patr.* rogarat ψ rogabat ς; *plusquamperfectum retinui, quia rogasse eum antequam supplex erat non male dicitur post* pollicebatur *haec fere excidisse coniecit P. R. Mueller, Philol. IX 1884 p. 187* ⟨credendi finem si fecerit, numquam se in regnum restitutum iri⟩ 4 credendi ψ credere ς 8 hinc ω hic *Lb. qui quosdam viros doctos ante* hinc *lacunam statuere adnotat. sed vide ne Cicero consulto paulo minus accurate locutus sit* illud ω istud *Br. 1874 p. 82* 12 ergo ψ ego ς senatum ω senatumne *Patr.* 19 quo modo *idem* cum ψ cur ς 20 consumeret ω sumeret *Gar.* tum sumeret *Turn. (quod recepit Cl. probato* cur; *sed et* tum *otiosum est nec* cur *aptum)* 22 reditum consuli commendatum (mandatum *Lb.*) a senatu *Br. 1874 p. 82* r. consulucum datum senatum ψ r. consolutum (*vel* est solutum) datum senatum ς reditui (*possis* reditu) consultum a senatu *RKl.; recte*

tum ⟨a⟩ senatu videbat, nec ei regi qui alienus ab hoc imperio esset, sed ei quicum foedus feriri in Capitolio
7 viderat. quodsi creditor est in culpa, non is qui improbe credita pecunia usus, damnetur is qui fabricatus gladium est et vendidit, non is qui illo gladio civem aliquem interemit. quamobrem neque tu C. Memmi hoc facere debes ut senatum, cuius auctoritati te ab adulescentia dedisti, in tanta infamia versari velis, neque ego id quod non agitur defendere. Postumi enim causa quaecumque est, seiuncta a senatu est. quodsi item a Gabinio seiunctam ostendero, certe quod dicas nihil habebis.

4
8 Est enim haec causa ‘QUO EA PECUNIA PERVENERIT’ quasi quaedam appendicula causae iudicatae atque damnatae. sunt lites aestimatae A. Gabinio, nec praedes dati nec ex bonis populo universa pecunia exacta est. iubet lex Iulia persequi ab iis ad quos ea pecunia quam is ceperit qui damnatus sit pervenerit. si est hoc novum in lege Iulia, sicuti multa sunt severius scripta quam in antiquis legibus et sanctius, inducatur sane etiam

---

commendatum *dictum, non* mandatum; *nam illud officium magistratui praeter solita munera impositum erat (cf. etiam Planc. 78 p. 521, 8). possis etiam scribere* r. consulibus commendatum senatus consulto

2 feriri *Naug.* ferire ψ fieri ς 3 creditor est in culpa, non is *RKl.* creditor is in culpa non sit ψ creditor in culpa sit non is ς creditoris culpa est si *Mdv.* creditores in culpa sunt si *Mo.* creditor sit in culpa non sit *Leh. p. 452* 4 usus ⟨est⟩ *Or.* ⟨sit⟩ usus ς; *si quid addendum* ⟨est⟩ usus *scripserim;* ⟨est necesse est⟩ *coni. Mue. quasi non idem fere ipso coniunctivo significaretur* fabricatus est gladium *(sic) Quint. 9, 3, 6* (*propter deponens* fabricari) 8 dedisti ω dedidisti *Patr. sed cf. e. g. Mil. 95 p. 61, 6* me senatui dedissem 16 populo universa pecunia exacta est *Mo.* populi servari lex aequa est ω populo summa litium exacta est *Br. 1874 p. 83 (antea idem 1856 p. 93 coniecerat:* nec praedes dari nec ex bonis populo servari lex aequa est. ⟨sed⟩ iubet *eqs.)* populo universae lites solutae (*ita ut glossemate:* lex aequa est *genuina expulsa sint) Cl. vix latine*
19 Iulia *del. Kay.* sicuti ω sicut in eo *coni. Mue. inutiliter*
20 inducatur ψ inducta ς etiam ς *Patr.* etiam cum ψ iam *Ha.*

consuetudo huius generis iudiciorum nova. sin hoc toti-
dem verbis translatum caput est, quot fuit non modo 9
in Cornelia, sed etiam ante in lege Servilia, per deos
immortales! quid agimus iudices, aut quem hunc mo-
rem novorum iudiciorum in rem publicam inducimus?
erat enim haec consuetudo nota vobis quidem omnibus,
sed si usus magister est optimus, mihi debet esse no-
tissima. accusavi de pecuniis repetundis, iudex sedi,
praetor quaesivi, defendi plurimos: nulla pars quae ali-
quam facultatem discendi adferre posset, a me afuit.
ita contendo neminem umquam QUO EA PECUNIA PERVE-
NISSET causam dixisse qui in aestimandis litibus appel-
latus non esset. in litibus autem nemo appellabatur nisi
ex testium dictis aut tabulis privatorum aut rationibus
civitatum. Itaque in inferendis litibus adesse solebant 10
qui aliquid de se verebantur, et cum erant appellati, si
videbatur statim contra dicere solebant. sin eius tem-
poris recentem invidiam pertimuerant, respondebant
postea. quod cum fecissent, permulti saepe vicerunt.
hoc vero novum ⟨et⟩ ante hoc tempus omnino inaudi- 5
tum. in litibus Postumi nomen est nusquam. in litibus
dico? modo vos idem in A. Gabinium iudices sedistis:
numquis testis Postumum appellavit? testis autem?
num accusator? num denique toto illo in iudicio Postumi
nomen audistis? Non igitur reus ex ea causa quae iudi- 11

---

1 sin *Man.* sint ψ sit ς 2 quot *Man.* quod ω 3 lege *del. Patr. additum videtur ad clausulam commodiorem efficiendam* 4 agimus ω agitur *Naug.* 5 rem p. ς re (*vel* R.) p. ψ 6 erat ω est *Br. 1856 p. 93* 7 notissima *ed. Hervag.* notissimus ω 10 discendi *Hot.* dicendi ω a me afuit *Ha. p. 651* mea fuit ψ ⟨non⟩ mea fuit ς *(falsa negationis collocatione sicut recte monuit Ha. l. l.)* mea ⟨non⟩ fuit *Ang.* 11 ita⟨que⟩ *Br. 1856 p. 93* 12 qui in ς quin ψ litibus ς limitibus ψ in litibus autem ⟨aestimandis⟩ *Lb.* 15 in *om.* ς *quod probavit Pareus conlata formula* scribendo adesse *cuius ratio paulo diversa est* 20 *add. Mue. om.* ψ, ⟨est⟩ς; *unde* ⟨est et⟩ *Patr.* 21 in litibus dico *affirmative Mue. et Cl. sed dicit orator: quid dico in litibus? immo toto in iudicio nomen Postumi non auditum*

cata est, redundat Postumus, sed est arreptus unus eques Romanus de pecuniis repetundis reus. quibus tabulis? quae in iudicio Gabini recitatae non sunt. quo teste? a quo tum appellatus nusquam est. qua aestimatione litium? in qua Postumi mentio facta nulla est. qua lege? qua non tenetur.

Hic iam iudices vestri consilii res est, vestrae sapientiae; quid deceat vos, non quantum liceat vobis, spectare debetis. si enim quid liceat quaeritis, potestis tollere e civitate quem vultis: tabella est quae dat potestatem; occultat eadem libidinem cuius conscientiam nihil est quod quisquam timeat, si non pertimescat
12 suam. ubi est igitur sapientia iudicis? in hoc ut non solum quid possit, sed etiam quid debeat ponderet, nec quantum sibi permissum meminerit solum, sed etiam quatenus commissum sit. Datur tibi tabella iudici. qua lege? Iulia de pecuniis repetundis. quo de reo? de equite Romano. at iste ordo lege ea non tenetur. ‘illo’ inquit ‘capite: QUO EA PECUNIA PERVENERIT.’ 〈nihil audisti〉 in Postumum, quom in Gabinium iudex esses, nihil Gabinio damnato, quom in eum lites aestimares. ‘at nunc audio.’ reus igitur Postumus est ea lege qua non modo ipse, sed totus etiam ordo solutus ac liber est.

6 13 Hic ego nunc non vos prius implorabo equites Ro-

3 Gabini *AKl. (cf. 34 p. 578, 23)* gabinio ψ a gabinio ς A. Gabinii *Hot.* Gabiniano *Mur. adiectivum minus aptum propterea quod eo significatur potius qualitas iudicii* quo teste ς quod iste ψ 4 qua aestimatione *Pantagathus* quam apellationem ψ qua -ne ς 11 conscientiam ς conscientia ψ 12 quisquam *ed. Ven.* quicquam ω 16 iudici *Mdv. 1855 p. 661* iudicii ω *quod del. Cobet Mnem. III 1854 p. 233; sed recte effertur collocatione dativus* iudici 18 〈immo〉 illo *Br. 1856 p. 94; de* immo *iam Mdv. 1855 p. 665 cogitavit* 19 quo ea pecunia pervenerit *Grae.* quod erat ω nihil audisti *suppl. Mdv. 1855 p. 665* 20 cum *Man.* quod ω 21 damnato *Mdv. 1856 p. 1455* dato ω aestimares *Mdv. l. l.* aestimaret ψ aestimarentur ς 22 ad *vel* at ω 23 totus etiam ψ etiam totus ς 24 equites R. ψ R. equites ς

mani, quorum ius iudicio temptatur, quam vos senatores, quorum agitur fides in hunc ordinem. quae quidem cum saepe ante, tum in hac ipsa causa nuper est cognita. nam cum optimo et praestantissimo consule Cn. Pompeio de hac ipsa quaestione referente existerent non nullae, sed perpaucae tamen acerbae sententiae, quae censerent ut tribuni, ut praefecti, ut scribae, ut comites omnes magistratuum lege hac tenerentur, vos, vos inquam ipsi et senatus frequens restitit, et quamquam tum propter multorum delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen cum odium nostri restingueretis, huic ordini ignem novum subici non sivistis. Hoc animo igitur senatus. 14
quid? vos equites Romani quid tandem estis acturi? Glaucia solebat homo impurus sed tamen acutus, populum monere ut cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet. si esset DICTATOR CONSUL PRAETOR MAGISTER EQUITUM, ne laboraret; sciret nihil ad se pertinere; sin esset QUICUMQUE POST HANC LEGEM, videret nequa nova quaestione alligaretur. nunc vos equites 15
Romani videte. scitis me ortum e vobis omnia semper sensisse pro vobis. nihil horum sine magna cura et summa caritate vestri ordinis loquor. alius alios homines et ordines, ego vos semper complexus sum. moneo et praedico, integra re causaque denuntio, omnes homines deosque testor: dum potestis, dum licet, providete ne duriorem vobis condicionem statuatis ordinique vestro quam ferre possit. serpet hoc malum — 7
mihi credite — longius quam putatis. potentissimo et 16
nobilissimo tribuno plebis M. Druso novam in eque-

1 iudicio ⟨hoc⟩ *Patr. malim* ⟨hoc⟩ iudicio  2 quidem ς qui ψ  9 et . . . frequens *del. Kay. p. 652* restitit ω restitistis *Kay.*  12 nostri *Mue. (sicut Verr. 1, 22 dictum est)* non ω nostrum *Mdv. 1855 p. 667 vix peius*  15 ⟨C.⟩ Glaucia *coni. Cl. non male*  18 sciret ς scire ψ  26 testor ψ testes ς  28 possit ω possitis *Patr. admodum probabiliter, commendante etiam clausula*  30 novam *Mdv.* unam ω

strem ordinem quaestionem ferenti: SIQUIS OB REM
IUDICANDAM PECUNIAM CEPISSET aperte equites Romani
restiterunt. quid? hoc licere volebant? minime; neque
solum hoc genus pecuniae capiendae turpe, sed etiam
nefarium esse arbitrabantur. ac tamen ita disputabant,
eos teneri ⟨iis⟩ legibus oportere, qui suo iudicio essent
illam condicionem vitae secuti. Delectat amplissimus ci-
vitatis gradus, sella curulis fasces imperia provinciae
sacerdotia triumphi, denique imago ipsa ad posterita-
tis memoriam prodita; est simul etiam sollicitudo ali-
17 qua et legum et iudiciorum maior quidam metus. 'nos
ista numquam contempsimus' — ita enim disputabant
—, 'sed hanc vitam quietam atque otiosam secuti su-
mus; quae quoniam honore caret, careat etiam mo-
lestia.' 'tam es tu iudex quam ego [senator].' 'ita est,
sed tu istud petisti, ego hoc cogor. quare aut iudici
18 mihi non esse liceat aut lege senatoria non teneri.' Hoc
vos equites Romani ius a patribus acceptum amittetis?
moneo ne faciatis. rapientur homines in haec iudicia ex
omni non modo invidia, sed sermone malivolorum, nisi
cavetis. si iam vobis nuntiaretur in senatu sententias
dici, ut his legibus teneremini, concurrendum ad cu-
riam putaretis; si lex ⟨de ea⟩ re ferretur, convolaretis
ad rostra. vos senatus liberos hac lege esse voluit, po-
pulus numquam alligavit; soluti huc convenistis, ne
19 constricti discedatis cavete. nam si Postumo fraudi

2 iudicandam *Patr.* iudicatam ω, *cf. Verr. pr. 38. 2, 78 al.* 3 neque ⟨enim⟩ *Patr. falso nexu sententiarum* 6 *add. AKl.* ⟨his⟩ legibus *RKl.* legibus ⟨iis⟩ *Patr.* 7 ⟨te⟩ delectat *Patr. quod debebat saltem esse* delectat ⟨te⟩ 10 est ω esto *Patr.* sit *Mo. fortasse* est simul ⟨ferenda⟩ *vel sim.* 11 maior ς *Hot.* maiorum ψ 15 tam *Aug.* tamen ψ tum ς ⟨at⟩ tam *Pluyg. p. 111 non recto ordine verborum del. Patr.* (*aut* iudex ⟨eques⟩). *an* ⟨inquit⟩ senator? 17 lege (liceat lege *Mue.*) senatoria non teneri *Patr.* legem lege senatoria non timere ω; *quamquam fortasse* timere *non temere erat abiciendum cl. v. 11* legum . . . metus; *hinc* legem [lege] senatoriam non timere *Augustinus* 23 ⟨de ea⟩ re ferretur *Mo.* referretur ω ferretur *Ang. an* ⟨apud populum de ea⟩ re ferretur?

fuerit, qui nec tribunus nec praefectus nec ex Italia
comes nec familiaris Gabini fuit, quonam se modo de-
fendent posthac qui vestri ordinis cum magistratibus
nostris fuerint his causis implicati?
'Tu' inquit 'Gabinium ut regem reduceret impulisti.' 8
non patitur mea me iam fides de Gabinio gravius agere.
quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam
summo studio defenderim, hunc afflictum violare non
debeo. quocum me si ante Cn. Pompei auctoritas in
gratiam non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reddu-
ceret. Sed tamen cum ita dicis Postumi impulsu Gabi- 20
nium profectum Alexandriam, si defensioni Gabini fi-
dem non habes, obliviscerisne etiam accusationis tuae?
Gabinius se id fecisse dicebat rei publicae causa, quod
classem Archelai timeret, quod mare refertum fore
praedonum putaret; lege etiam id sibi licuisse dicebat.
tu inimicus negas. ignosco, et eo magis quod est contra
illud iudicatum. Redeo igitur ad crimen et accusatio-
nem tuam, qui vociferabare decem milia talentum Ga- 21
binio esse promissa. auctor videlicet perblandus repe-
riendus fuit, qui hominem ut tu vis avarissimum ex-
oraret, bis miliens HS et quadringentiens ⟨ne⟩ magno
opere contemneret. Gabinius illud quoquo consilio fe-

---

1 ex Italia *del. Patr. parum probabiliter* 2 defendent ψ defenderint ς 4 fuerint ς fuerunt (*vel etiam* fuere) ψ 6 mea me iam *Mur.* mea etiam ψ etiam mea ς iam mea *Lb. dubito de ordine verborum; fort.* mea iam? 7 tantis ψ tacitis ς 8 defenderim ς defenderem ψ *cf. Val. Max. 4, 2, 4* Aulum namque Gabinium repetundarum reum summo studio defendit *(Cicero)* 9 me si ante *Mdv. 1855 p. 667* me stantem ω 10 nunc ς hunc ψ redduceret *Zie. p. 179 (quem sequi debebam etiam pop. grat. 14 p. 33, 18. 15 p. 33, 24. 18 p. 36, 5)* reduceret ω 15 Archelai *ed. Hervag.* marchilei 18 illud *del. Ern.* illum *Br. 1856 p. 95* 19 qui *mg. Lb.* quid ω *quod retinent Br. 1856 p. 95 sic distinguens* quid? vociferabare *eqs. et Mdv. 1855 p. 668 qui sic distinguit* quid vociferabare? decem . . . promissa 20 auctor *Ha. p. 642* huic ω hui *Man.* homo *Grae. alii alia. cf. Mue. p. LXXIX* 22 HS et *AKl.* sed ψ et ς; HS *ante* bis miliens *add. vulgo* *add. Ang.*

cit, fecit certe suo; quaecumque mens illa fuit, Gabini fuit. sive ille ut ipse dicebat gloriam, sive ut tu vis pecuniam quaesivit, sibi, ⟨non Rabirio quaesivit. Rabirius enim⟩ non Gabini comes [vel sectator] nec ad Gabini cuius id negotium non erat, sed ad P. Lentuli clarissimi viri auctoritatem a senatu profectam et consilio certo et spe non dubia Roma contenderat.

22 At dioecetes fuit regius. et quidem in custodia etiam fuit regia, et vita ei ablata paene est; multa praeterea quae libido regis, quae necessitas coëgit perferre pertulit. quarum omnium rerum una reprehensio est, quod regnum intrarit, quod potestati ⟨se⟩ regis commiserit. verum si quaerimus, stulte. quid enim stultius quam equitem Romanum ex hac urbe, huius inquam rei publicae civem, quae est una maxime et fuit semper
9 libera, venire in eum locum ubi parendum alteri et
23 serviendum sit? Sed ego in hoc tamen Postumo non ignoscam, homini mediocriter docto, quo videam sapientissimos homines esse lapsos? virum unum totius Graeciae facile doctissimum, Platonem iniquitate Dionysi Siciliae tyranni cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus; Callisthenem doctum hominem comitem Magni Alexandri ab Alexandro necatum; Demetrium et ex re publica,

---

3 *add. Mdv. Adv. III 1884 p. 150 sententia certe recte constituta. sensum loci etiam Br. 1856 p. 95 assecutus erat* 4 *del. Mue. quae si genuina essent,* aut *expectaremus* nec ad *Ha. p. 651 et Mdv. 1855 p. 665* negat *ω* 5 C. V. *ω* 7 contenderat *Or.* contenderet *ω* 8 dioecetes *ed. Ascens.* diogenes *ω* 9 vita ei ablata *Patr.* vita eius allata (ablata ς) *ω* ⟨vis⟩ vitae eius allata (⟨vis⟩ *post* eius *Bai.*) *Mdv. 1855 p. 668* 10 quarum *Naug.* quare *ψ* quae ς perferre *ω* ferre *Mue. (errore puto)* 12 *add.* ς; regis ⟨se⟩ *coni. Ha.* 14 ex hac urbe *del. Patr. detrahens de gravitate sermonis* 17 tamen ς tandem *ψ* tantum *Patr.* labenti *(vel* offendenti *1855 p. 653) Kay.* 18 quo *ω* in quo *Ang. cf. dom. 108 p. 98, 7* 21 tyranni ς et tyrannide *ψ* 22 insidiisque *ed. Ven.* insidiis mediisque *ψ* inediisque ς mediisque in insidiis *coni. Ha. sed apparet* insidiis *ad* mediisque *corrigendum fuisse adscriptum*

Athenis quam optime gesserat, et ex doctrina nobilem et clarum, qui Phalereus vocitatus est, in eodem illo Aegyptio regno aspide ad corpus admota vita esse privatum. plane confiteor fieri nihil posse dementius 24
quam scientem in eum locum venire ubi libertatem sis perditurus. sed huius ipsius facti stultitiam illa iam superior stultitia defendit, quae facit ut hoc stultissimum facinus, quod in regnum venerit, quod ⟨se⟩ regi commiserit, sapienter factum esse videatur, siquidem ⟨non⟩ tam semper stulti quam sero sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquomodo possit se expedire. Quamobrem illud maneat et fixum sit quod ne- 25
que moveri neque mutari potest: in quo aequi sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui, ipse etiam insanisse se confitetur, quod suam, quod amicorum pecuniam regi crediderit cum tanto fortunarum suarum periculo, hoc quidem semel suscepto atque contracto perpetienda ⟨etiam reliqua ei⟩ fuerunt, ut se aliquando ac suos vindicaret. itaque obicias licet quam voles saepe pal-

---

1 Athenis *del. Ha. p. 660 (defendit Br. 1874 p. 85 qui vocem post* optime *traiecit)* Atheniensi *Lb. sed* Athenis *si in enuntiatum secundarium traxeris, non minus probum quam e. g. Caes. Gall. 7, 26, 2* palus, perpetua quae intercedebat. *7, 11, 4* praesidium Cenabi, tuendi causa quod eo mitterent, comparabant gesserat ς digesserat ψ diu gesserat *coni. Mue. dubitanter, sed temporis notio inutilis* 2 et clarum *om.* ς qui ... vocitatus est *del. Ha. p. 660, post vocem* Demetrium *transposuit Patr., neutrum probabiliter* illo *Ha.* isto ψ loco ς *quod probat Kay. 1855 p. 652 deletis verbis* Aegyptio regno, *quae plane necessaria sunt* 3 aegyptio ψ phalerio ς *(quod ex antecedente* Phalereus *menti librarii cuiusdam inhaesit)* Phario *Turnebus notione poetica* 6 ipsius *Ha. p. 642* istius ω illa *Ha. p. 643 (idem etiam* alia *coniecit)* mali ψ maior ς iam ς iam iam ψ 8 facinus *del. Ern. add. Ha.* regi ⟨se⟩ ς, *collocatione minus apta. nec enim accentus est in voce* regi, *postquam antecedente membro dictum est eum in regnum venisse, sed in eius ipsius persona* 10 *add.* ς 17 suscepto atque contracto ς susceptum atque contractum ψ; *an* ⟨ubi⟩ hoc quidem *eqs.? add. AKl. e. g. nam quod vulgo additur* ⟨illa⟩ f., *pessimam efficit clausulam membri* 18 ac *Turn.* ad ω; *possis scribere* at⟨que⟩

liatum fuisse, aliqua habuisse non Romani hominis insignia, quotiens eorum quippiam dices, totiens unum dices [atque] illud, temere hunc pecuniam regi credidisse, suas fortunas atque famam libidini regiae com-
26 misisse. Fecerat temere, fateor; mutari factum iam nullo modo poterat: aut pallium sumendum Alexandriae ut ei Romae togato esse liceret, aut omnes fortunae ab-
10 iciendae si togam retinuisset. deliciarum causa et voluptatis non modo civis Romanos, sed et nobilis adulescentis et quosdam etiam senatores summo loco natos non in hortis aut suburbanis suis, sed Neapoli in cele-
27 berrimo oppido † maeciapella saepe videri chlamyda-

---

3 *del. Patr.*; atque idem *Lb.* atque ⟨idem⟩ illud *Mue.* 7 ei ς et ψ ⟨erat⟩ aut *Ha. quo additamento infringitur disiunctio* 9 ⟨notos⟩ civis *Cl.* cives R. sed et *del. Ha. p. 661. neuter gradationem observavit quae est a mediocribus civibus Romanis ad nobilis adulescentes ac senatores. aliter rem expedire conatus est Thormeyer, De Valerio Maximo et Cicerone quaestiones criticae 1902 p. 51 qui proposuit* cives Romanos, non modo nobiles adulescentes, sed quosdam senatores *eqs.*
12 *ut supra* ω (*nisi quod* videre ς). *quid dixerit orator, fere apparet ex Val. Max. 3, 6, 2* L. vero Scipionis statuam chlamydatam et crepidatam in Capitolio cernimus .... *(3)* L. quoque Sulla cum imperator esset, chlamydato sibi et crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit. *quibus in verbis* crepidatus *a Valerio eiusve auctore ex Scipionis exemplo temere additum esse manifestum est. nec minus certum videtur errare qui de statua aliqua Sullae in foro collocata cogitant (sicut Ha. p. 644). nec enim si* illum *sanum, potuit addi* imperatorem. *hoc recte sensit Bake, Mnem. VIII 1859 p. 197 qui* etiam *pro* illum *coniecit. quid viri docti excogitaverint, quaeras apud Mue. p. LXXIX qui omisit Mommseni coniecturam de qua cf. Ha. ad h. l. accedunt tres coniecturae, Reidii qui litteris* maeciapella *subesse censuit* in manicata palla *(sed* palla *feminarum Romanarum vestimentum non recte commemoratur); Clarkii qui* in tunica pulla saepe vidi. ibidem multi viderunt chlamydatum illum *eqs. edidit. quibus in verbis vera et falsa mixta sunt. nec enim* in tunica pulla *ferri potest quod proposuit Cl. abusus Verr. 4, 54* cum tunica pulla sedebat et pallio; *sed recte Sullam ipsum Neapoli chlamydatum visum esse statuit. denique sententiae non male consuluit Thormeyer l. l. qui in quibusdam Mommsenum secutus haec proposuit* Neapoli in celeberrimo oppido

tum illum L. Sullam imperatorem. L. vero Scipionis, qui bellum in Asia gessit Antiochumque devicit, non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis; quorum impunita ⟨liberta⟩s fuit non modo a iudicio, sed etiam a sermone. facilius certe P. Rutilium Rufum necessitatis excusatio defendet; qui cum a Mithridate Mytilenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit. ergo ille P. Rutilius qui documentum fuit hominibus nostris virtutis antiquitatis prudentiae consularis homo soccos habuit et pallium; nec vero id homini quisquam, sed tempori assignandum putavit: Postumo crimen vestitus afferet is in quo spes fuit posse se aliquando ad fortunas suas pervenire?

28 Nam ut ventum Alexandream est iudices, haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae, si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset. id autem facere non poterat, nisi dioecetes — hoc enim nomine utitur qui * * * * * — a rege esset constitutus. odiosum negotium Postumo videbatur, sed erat nulla omnino recusatio. molestum etiam nomen ipsum, sed res habebat

---

spatiari pallia⟨tos omnibus notissimum est atque ipse memini⟩ saepe videri chlamydatum *eqs. re incertissima in hanc fere sententiam locum refinxerim* Graeco pallio ⟨uti videmus. ibidem multi⟩ saepe videre chlamydatum ambulare (*vel* ipsum) L. Sullam imperatorem.

4 impunita libertas *Wurmius* impunitas *ω quod si scripsisset orator, expectarem* quibus  5 sermone ⟨omnium⟩ *coni. Cl. 'clausulae gratia'. ferrem* sermone ⟨populi⟩  9 qui ς quod *ψ*  11 *post* homini *add.* ⟨tum⟩ *ed. Crat. cum damno sermonis*  13 quo ⟨uno⟩ *Patr. imminuta vi vocis* spes se *Patr.* sese *ω*  14 nam ut ... suscepisset *Quint. 4, 2, 18* alexandream *ψ* alexandriam ς *(variant codicis Quintiliani)* alex. est *Quint.* est alex. *ω*  15 iudices *Quint.* audies *ψ* vides ς  17 regiam *ω Quint.* regiae *Patr.* facere *del. Patr.*

18 dioecetes *Ang.* diocetes *ω*  19 qui * * * * * a rege *(hoc iam ς) AKl.* qui aretie *ω* qui regi est a reditibus *Br. p. 1856 p. 97* qui ea regit *Mdv. 1855 p. 668: alia cf. apud Mue. p. LXXX* hoc ... utitur *del. Patr.*

nomen hoc apud illos, non hic imposuerat. oderat vestitum etiam illum, sed sine eo nec nomen illud poterat nec munus tueri. ergo aderat 'vis' ut ait poëta ille noster 'quae summas frangit infirmatque opes'.

29 'Moreretur' inquies; nam id sequitur. fecisset certe, si sine maximo dedecore tam impeditis suis rebus
11 potuisset emori. nolite igitur fortunam convertere in culpam, neque regis iniuriam huius crimen putare, nec consilium ex necessitate nec voluntatem ex vi interpretari, nisi forte eos etiam qui in hostis aut in praedones inciderint, si aliter quippiam coacti faciant ⟨ac⟩ liberi, vituperandos putetis. nemo nostrum ignorat, etiamsi experti non sumus, consuetudinem regiam. regum autem sunt haec imperia: 'animadverte ac dicto pare' et 'praeter rogitatum siquid' et illae minae: 'si te secundo lumine hic offendero, moriere'; quae non non ut delectemur solum legere et spectare debemus, sed ut cavere etiam et fugere discamus.

---

1 hic *Ang.* hoc ω 3 poeta ille noster *TRF. inc. inc. 148* 6 impeditis ς *Ang.* impudentis ω in pudendis *Ha. olim 1855 p. 652* 7 emori *del. Patr. sed utitur Cicero etiam in hoc enuntiato loco illo tragico, id quod ipse significat verbis* nam id sequitur. *ac senarium efficiunt verba fere sic* sine maximo dedecore potuissem emori nolite ω noli *Cl. credo propter* inquies *(v. 5). at iam Ciceroni non cum ficto adversario ex tragoedia illa translato res est, sed cum iudicibus* 8 putare ς punire ψ 10 hostis ς hospites ψ 11 *add. Mdv.* ⟨quam⟩ ς 12 liberi *Mdv.* libere ω *del. Ha. p. 1855 p. 658, quod probat Kay. p. 654 ita ut* ⟨illiber⟩aliter *antea scribat* putetis *Patr.* putes ω 14 autem ω enim *Patr. male, quamquam probat Mue. p. LXXX TRF. inc. inc. 156 et 158* ac dicto ς addicto ψ 15 siquid *Ha.* sit (si ς) pie ω sile *Luterbacher, Burs. Jahresber. XIII 1887 p. 230* si sapies *Bergk, Philol. XXXIII 1875 p. 310* si plus *Cl.* 16 *Enn. scaen. 264* $V^2$ hic *Cic. Att. 7, 26, 1* (*ubi laudantur* si ... offendero) hoc ω 17 solum ς si dum ψ 18 et fugere ς *Patr.* effugere ψ ⟨et⟩ effugere ς; effugere *non bene convenit cum verbo* cavere *tunc debebat scribere* ⟨vel⟩ effugere *vel* ⟨aut⟩ effugere discamus ς dicamus ψ ducamus ς dicamur ς

At ex hoc ipso crimen exoritur. ait enim, Gabinio ⟨cum⟩ 30 pecuniam Postumus cogeret, decumas imperatarum pecuniarum sibi coëgisse. non intellego hoc quale sit, utrum accessionem decumae, ut nostri facere coactores solent ⟨in⟩ centesima, an decessionem de summa fecerit. si accessionem, undecim milia talentum ad Gabinium pervenerunt. at non modo abs te decem milia obiecta sunt, sed etiam ab his aestimata. addo illud 31 etiam: qui tandem convenit aut tam gravi onere tributorum tantam ad pecuniam cogendam [mille talentum] accessionem esse factam, aut in tanta mercede hominis ut vis avarissimi mille talentum decessionem esse concessam? neque enim fuit Gabini remittere tantum de suo, nec regis imponere tantum [pati] suis. At erunt testes legati Alexandrini. ii nihil in Gabinium dixerunt; immo duo Gabinium laudaverunt. ubi ergo ille mos, ubi consuetudo iudiciorum, ubi exempla? solet is dicere in eum qui pecuniam ⟨redegit⟩, qui in illum cuius nomine ea pecunia redigeretur non dixerit? age 32 si is qui non dixit solet, etiamme is solet qui laudavit? isdem testibus, et quidem non productis, sed dictis te-

---

1 ⟨cum⟩ *add. hic AKl. (post* Postumus *RKl.)* ⟨dum⟩ *Mdv. 1855 p. 669* 2 decumas *Mdv. l. l.* decumus ψ decumis ς imperatarum ς *Mdv.* imperatorum ψ 3 pecuniarum ψ *Mdv.* pecuniam ς 5 ⟨in⟩ centesima ς *Ha.* centima ψ 9 ⟨in⟩ tam *Kay. inutiliter* onere ω oneri *Patr.* 10 tantam ad *AKl.* ad tantam ω; *de verbis* ad tantam . . . cogendam *delendis cogitavit Patr. del. AKl.* 11 in tanta ω tantam in (de *Mue.*) *Mdv. Adv. III 1884 p. 150* de tanta *Patr.* 12 mille talentum *del. Mdv.* 14 *verba* tantum de suo nec regis imponere *in* ψ *bis scripta erant, (ut videtur uno exemplaris versu bis scripto) corr.* ς imponere . . . [pati] *Patr.* imponere . . . pati ω imponi . . . pati *Grae.* imponere tanto plus suis *Hot.* at erunt *Mdv.* aderunt ω 16 ·II· ψ duo ς ii ς 17 ille *del. Ern.* solet is ς soletis ψ 18 pecuniam *ed. Ven.* pecunia ω *add. Naug. nisi forte praestat* ⟨redegit⟩ pecuniam qui in ς quin ψ 20 *utrumque* solet *del. Pluyg. p. 112 plane inutiliter* 21 testium ω tantum *Patr.* eorum *Gar. de delenda voce cogitat Ha. sed si genetivus removetur, obscura fieri videtur oratio. atque* eorum *non scripsisse censuerim oratorem, ut pondus dictorum significaret*

stium recitatis, quasi praeiudicata res ad has causas
12 deferri solet. et ait etiam meus familiaris et necessarius
eandem causam Alexandrinis fuisse cur laudarent Ga-
binium, quae mihi fuerit cur eundem defenderem. mihi
C. Memmi, causa defendendi Gabini fuit reconciliatio
gratiae. neque me vero paenitet mortales inimicitias,
33 sempiternas amicitias habere. nam si me invitum
putas ne Cn. Pompei animum offenderem, defendisse
causam, et illum et me vehementer ignoras. neque
enim Pompeius me sua causa quicquam facere vo-
luisset invitum, neque ego cui omnium civium li-
bertas carissima fuisset, meam proiecissem. ⟨nec⟩
quamdiu inimicissimus Gabinio fui, non amicissimus
mihi [non] Pompeius fuit, nec posteaquam illius auc-
toritati eam dedi veniam quam debui, quicquam simu-
late ⟨feci⟩, ne cum mea perfidia illi etiam ipsi facerem
cui beneficium dedissem iniuriam. nam non redeundo
in gratiam cum inimico non violabam Pompeium; si
per eum reductus insidiose redissem, me scilicet ma-
34 xime, sed proxime illum quoque fefellissem. Ac de
me omittamus, ad Alexandrinos istos revertamur. quod
habent os, quam audaciam! modo vobis inspectantibus
in iudicio Gabini tertio quoque verbo excitabantur; ne-
gabant pecuniam Gabinio datam. recitabatur identi-
dem Pompei testimonium regem ad se scripsisse nul-
lam pecuniam Gabinio nisi in rem militarem datam.
'non est' inquit 'tum Alexandrinis testibus creditum.'

---

2 et ω sed *Br. 1874 p. 86* 4 fuerit *Man.* fuerat ω eundem ω eum *Ha. deleta clausula* 7 habere ω gerere *Lb. quod ad prius membrum minus aptum* 9 causam *del. Ha.* 12 *add. Mdv. 1856 p. 1456* 14 non *del. Mdv.* Cn. *Cl. quod ferri hic nequit nisi antea (v. 13) dictum est* ⟨A.⟩ Gabinio auctoritati *Lb.* auctoritate ω 15 simulate ψ -are ς -avi ς *add. RKl. nisi forte praestat* ⟨feci⟩ simulate. ⟨egi⟩ *Ha. non melius* 16 ne ς nec ψ cum ψ enim ς 19 me ω hunc *Koch 1868 p. 17;* illum *pertinet ad Pompeium* 20 quoque ς quem ψ ac *Mue.* at ω 23 in iudicio Gabini *del. Pluyg. p. 112*

quid postea? ‘creditur nunc.’ quamobrem? ‘quia nunc aiunt quod tum negabant.’ quid ergo? ista condicio 35 est testium, ut quibus creditum non sit negantibus, isdem credatur aientibus? At si verum tunc severissima fronte dixerunt, nunc mentiuntur; si tunc mentiti sunt, doceant nos, verum quo vultu soleant dicere. audiebamus Alexandriam, nunc cognoscimus. illinc omnes praestigiae, illinc inquam omnes fallaciae, omnia denique ab iis mimorum argumenta nata sunt. nec mihi longius quicquam est iudices, quam videre hominum vultus. dixerunt hic modo nobiscum ad haec sub- 13 sellia quibus superciliis renuentes huic decem milium 36 crimini! iam nostis insulsitatem Graecorum; umeris gestum agebant tum temporis credo causa; nunc scilicet tempus nullum est. ubi semel quis peieraverit, ei credi postea, etiamsi per pluris deos iuret, non oportet, praesertim iudices cum in his iudiciis ne locus quidem novo testi soleat esse, ob eamque causam idem iudices retineantur qui fuerint de reo ut iis nota sint omnia, neve quid fingi novi possit.

* * * * * * QUO EA PECUNIA PERVENERIT non suis pro- 37 priis iudiciis † in reum facti condemnari solent. itaque

---

1 nunc *Man.* non ω  2 negabant ψ negabatur ς  quae ergo ista ς *Patr. fort. recte. nam haud scio an expectandum sit* quid ergo? ea condicio *eqs.*  4 aientibus *anom. apud Or.* dicentibus ω *cf. top. 49* negantia; ea ἀποφατικά Graece, contraria aientibus  tunc *Mdv. 1855 p. 670* cum ς cum tum ψ tum *ed. Ven.*  severissima *Hot.* verissima ω  6 quo vultu soleant *Mdv. l. l.* quid (quo ς) vulti (multi ς vultis ς) sileant ω  7 illinc ... illinc ψ illinc ... illum ς, *unde* illim ... illim *Wesenberg, Emendationes Ciceronis epistolarum 1840 p. 125, sicut alibi Ciceronem scripsisse verisimile est*  9 iis ς his ψ *quod non convenit cum adverbio* illinc  mimorum ς minorum ψ malorum ς  10 ⟨horum⟩ hominum *Br. 1874 p. 86, sed generaliter loquitur Cicero*  14 tum *del. Mdv. 1856 p. 1456*  causa ς causae ψ  15 ⟨sed⟩ ubi *id. ib.*  peieraverit *ed. Crat.* eiraverit ψ deieraverit ς  16 ei ς er ψ  20 neve *Patr.* neque ω  21 *ante* quo ea *complura periisse vidit Ha. sententia expletur ab eodem sic* ⟨qui causam dicunt⟩ QUO *eqs. sed desideratur praeterea sententiarum conexus*  22 in reum (rem ς) ω rei

si aut praedes dedisset Gabinius aut tantum ex eius bonis quanta summa litium fuisset populus recepisset, quamvis magna ad Postumum ab eo pecunia pervenisset, non redigeretur; ut intellegi facile possit quod ex ea pecunia qua reorum quis damnatus sit, pervenisse ad aliquem in illo primo iudicio planum factum sit, id hoc genere iudicii redigi solere. Nunc vero quid agitur? ubi terrarum sumus? quid tam perversum ⟨at-
38 que⟩ praeposterum dici aut excogitari potest? accusatur is qui non abstulit a rege, sicut Gabinius iudicatus est, sed qui maximam regi pecuniam credidit. ergo is Gabinio dedit, qui huic non reddidit. iam cedo, cum is qui pecuniam Postumo debuit, non huic, sed Gabinio dederit, condemnato Gabinio utrum † illa quo ea pe-
14 cunia sit an nunc de ea? At habet et celat, sunt enim qui ita loquantur. quod genus tandem est istud ostentationis et gloriae? si nihil habuisset umquam, tamen

---

*Mdv. 1855 p. 670; possis etiam* in discrimen vocati. *an* ⟨sed alium⟩ in reum ⟨constitutis rei⟩ facti?

5 qua reorum quis damnatus sit *Mdv. 1855 p. 670* quae ad quem eorum qui damnatus est ω quae ad aliquem reum qui damnatus est ⟨venisset⟩ *Cl. parum probabiliter propter sequentia* pervenisse ψ pervenisset ς 7 hoc ψ in hoc ς solere ς soleret ψ 8 perversum *del. Ha. p. 662. sed vide ne simplex* praeposterum *parum valeat contra duo verba* dici aut excogitari ⟨atque⟩ *add. AKl. (quod ferri posse Ha. l. l. monuerat)* ⟨aut⟩ ς ⟨tam⟩ *ed. Ascens.* 12 huic non *Lb.* non huic ω *(mutatum esse ordinem ex versu sequente adnotavit Ha.). servato ordine verborum qui traditur* qui *del. Kay. 1853 p. 652* iam cedo *ed. Iuntina* iam accredo ψ iam accedo ς itane? age cedo *Cl. litterarum magis quam Latinitatis ratione habita, nec enim dicitur* age cedo 14 illa quo ea pecunia sit an nunc de ea ω; *loco desperato haec fere proposita* utrum illi eam pecuniam reddidit an etiamnunc debet *ed. Iuntina* utrum illa quo ea pecunia ⟨pervenerit inquisitio convenit in hunc an non convenit, cui ea pecunia⟩ etiam nunc deest *Mo.* utrum illi acquirenda pecunia sit an huic reddenda *Mdv. Adv. III 1884 p. 151* utrum illi quo ea pecunia pervenerit *(hoc Reid)* an huic dicenda causa est *Cl. sensum loci Mo. videtur tetigisse. de ipsis verbis res in dubio est; nisi quod fortasse in fine praestat* debetur 15 enim ς etenim ψ

si quaesisset, cur se dissimularet habere causa non
esset. qui vero duo lauta et copiosa patrimonia acce-
pisset remque praeterea bonis et honestis rationibus
auxisset, quid esset tandem causae cur existimari vellet
nihil habere? an cum credebat inductus usuris, id age- 39
bat ut haberet quam plurimum posteaquam exegit
quod crediderat, ut existimaretur egere? novum genus
hoc gloriae concupiscit. 'Dominatus est enim' inquit
'Alexandriae.' immo vero in superbissimo dominatu
fuit; pertulit ipse custodiam, vidit in vinclis familiaris
suos, mors ob oculos saepe versata est, nudus atque
egens ad extremum fugit e regno. At permutata ali- 40
quando pecunia est, subductae naves Postumi Puteolis
sunt, auditae visaeque merces. fallaces quidem et fu-
cosae, chartis et linteis et vitro delatis. quibus cum
multae naves refertae fuissent, summa non potuit
parari. cataplus ille Puteolanus, sermo illius temporis,
vectorumque cursus atque ostentatio, tum subinvisum
apud malivolos Postumi nomen propter opinionem pe-
cuniae nescioquam aestatem unam, non plures, auris
refersit istis sermonibus.

Verum autem iudices si scire voltis, nisi C. Caesaris 15 41
summa in omnis incredibilis, in hunc eadem liberali-

1 se dissimularet habere *Mur.* si (is ψ) dissimularet habere ω [si] dissimularet [habere] *Mdv.* 7 ⟨id⟩ ut *coni. Kay.* 13 subductae *Mdv. p. 1457* dictae ψ ductae ς delatae *Cl. (e v. 15); quod sprevi ne cum eodem* Puteolos *pro* Puteolis *scribendum esset* 15 ⟨e⟩ chartis *Cl. (qui* delatae *del. quasi ad vocem* dictae *corrigendam adscriptum) parum Latine* delatis *Mo.* delatae ω velatae ς 16 summa non potuit parari *Mo.* una non potuerit parva ω. *sensui sufficit quod Mo. proposuit. similem sententiam effecit non melius Mdv. Adv. III 1884 p. 151* opus fuerit parva arca. *a sensu loci aberravere et Mue. qui* una non completa fuit parva, *et Cl. qui* naulum non potuit parari *scripserant. agitur enim de summa debita pro qua merces in Italiam deduxerat Postumus* 17 cataplus *Turn.* artata plus ω (ar- *ad vocem* parari *videtur pertinuisse*) 20 unam *Naug.* una ω plures ς pluribus ψ auris *scil. Romanorum* 23 eadem ω *del. Kay.* et divina *Mdv. Adv. III 1884 p. 151*

tas extitisset, nos hunc [Postumum] iam pridem in foro non haberemus. ille onera multorum huius amicorum excepit unus, quaeque multi homines necessarii secundis Postumi rebus discripta sustinuerunt, nunc eius afflictis fortunis universa sustinet. umbram equitis Romani et imaginem videtis iudices, unius amici conservatam auxilio et fide. nihil huic eripi potest praeter hoc simulacrum pristinae dignitatis, quod Caesar solus tuetur et sustinet. quae quidem in miserrimis rebus huic tamen tribuenda maxima est; nisi vero hoc mediocri virtute effici potest ut tantus ille vir tanti ducat hunc, [et] afflictum praesertim et absentem, et in tanta fortuna sua ut alienam respicere magnum sit, ⟨et in⟩ tanta occupatione maximarum rerum quas gerit atque gessit, ⟨ut⟩ vel oblivisci aliorum non sit mirum, vel si meminerit, oblitum etiam facile possit probare.

42 multas equidem C. Caesaris virtutes magnas incredibilisque cognovi, sed sunt ceterae maioribus quasi theatris propositae et paene populares. castris locum capere, exercitum instruere, expugnare urbes, aciem

---

1 *del. Man. ac sane si nomen pronomini addere voluit Cicero, potuit priore loco, non hic cf. etiam Halmi nota* 3 homines ς hominis ψ 4 discripta *Kay.* descripta ω 5 *vel* unus *pro* eius *vel* ⟨unus⟩ universa *coni. Patr. parum probabiliter propter sequentia* unius amici 8 quod ω quam *Br. 1856 p. 98* 12 *del. ed. Iuntina. ferri nequit* et ... et *propter sequens* praesertim *quo* adflictum *effertur. cuius vocis vis imminuitur, si* et ... et *admisso non ipsae singulae notiones efferuntur, sed earum cumulatio* et ω est enim *Br. 1856 p. 98* 13 alienam *Patr.* aliena ω 14 *add. Lb. fort. non utique necessario* occupatione *anon. apud Lb. et Patr.* oppugnatione ω 15 ⟨ut⟩ vel ς vel ψ ut ς 16 vel si ... probare *del. Weiske, sententia minime inepta et languente. immo eo membro deleto deletur tota Rabirii ex Caesaris amicitia commendatio* etiam ς *(an ψ?)* esset ψ *(an ς?)* esse ς esse se *Patr. sensu corrupto. dicitur Caesarem ipso reminiscendo posse Postumum etiamsi aliquamdiu neglexerit, aliis probare. diversitas scripturae videtur orta ex commutatione compendiorum simillimorum* 19 populares ς popularis ψ

hostium profligare, hanc vim frigorum hiemisque quam nos vix huius urbis tectis sustinemus excipere, his ipsis diebus hostem persequi, [tum] cum etiam ferae latibulis se tegant atque omnia bella iure gentium conquiescant — sunt ea quidem magna — quis negat? —, sed magnis excitata sunt praemiis ad memoriam hominum sempiternam. quo minus admirandum est eum facere illa qui 16 immortalitatem concupiverit. Haec vera laus est, quae 43 non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur. equitem Romanum veterem amicum suum studiosum amantem observantem sui non libidine, non turpibus impensis cupiditatum atque iacturis, sed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit, corruere non sivit, fulsit et sustinuit re fortuna fide, hodieque sustinet nec amicum prudentem † corruere patitur. nec

---

1 hiemisque *AKl.* hiememque *ω* hiemumque *Patr.* 2 his *ω* iis *Ha. iudicium habitum est eadem hieme qua Caesar Q. Ciceroni a Gallis obsesso auxilio venit del. Patr.* 4 iure *ω* more *Leh. p. 453* 6 excitata sunt *ω* excitantur *Mdv. 1855 p. 1457 turbato sensu* ad memoriam ... sempiternam *ω* ac memoria ... sempiterna *Mdv. l. l.* 8 *an* concupierit? vera *Patr.* mira *ω* nimirum *vel* una *Ern.* eximia *Ha.* mera *Jeep, Jahrb. LXXI 1856 p. 295* maior *G. Saenger, Journ. des russ. Minist. für Volksaufkl. 1911 p. 155* 13 cupiditatum *del. Ha. nulla idonea causa* 14 labentem *ω* labantem *Wurmius, quod reicit Ha. cl. Phil. 2, 51* labentem et prope cadentem rem publicam fulcire cuperetis *quo loco in deteriorum codicum parte recte traditum videtur* labantem, *quod verbum melius cum iuxta posito* prope cadentem *convenit. at* excipere *non minus apte ad* labentem *quam ad* labantem *refertur* corruere non sivit *del. Schue.* 15 fortuna *del. Ha.* fortunis *Lb. qua lectione iteratur notio* res; *clausula ipsa demonstrari videtur vocem* fortuna *non abiciendum. iam sequitur fidem non ad rem pecuniariam pertinere* („Kredit"), *sed ad amicitiam* 16 nec amicum ... patitur *del. Kay. 1855 p. 652* prudentem *ψ* pendentem *ς (confusa imagine)* pudentem *ed. Crat.* inprudentem *vel* praecipitantem *Ha. mihi videtur pro corrupto verbo* corruere *quod sane post* corruere non sivit *ferri nequit, desiderari notio* in perniciem ruere *vel* perire *qua cum optime convenit adiectivum* prudens, *cf. e. g. Ter. Eun. 72* prudens sciens vivos vidensque

illius animi aciem praestringit splendor sui nominis,
nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunae
44 et gloriae. sint sane illa magna, quae re vera magna
sunt: de iudicio animi mei ut volet quisque sentiat; ego
enim hanc in tantis opibus, tanta fortuna liberalitatem
in suos, memoriam amicitiae reliquis virtutibus omnibus antepono. quam quidem vos iudices, eius in novo
genere bonitatem inusitatam claris ac praepotentibus
viris non modo ⟨non⟩ aspernari ac refutare, sed complecti etiam et augere debetis, et eo magis quod videtis
hos quasi sumptos dies ad labefactandam illius dignitatem. ex qua illi nihil detrahi potest quod non aut
fortiter ferat aut facile restituat. amicissimum hominem si honestate spoliatum audierit, nec sine magno
dolore feret nec id amiserit quod posse [non] speret
recuperari.

17 45 Satis multa hominibus non iniquis haec esse debent,
nimis etiam multa vobis quos aequissimos esse confidimus. sed ut omnium vel suspicioni vel malivolentiae
vel crudelitati satis fiat: ‘occultat pecuniam Postumus,
latent regiae divitiae.’ etquis est ex tanto populo qui
bona C. Rabiri Postumi nummo sestertio sibi addici
velit? sed miserum me, quanto hoc dixi cum dolore!
hem Postume tune es ⟨C.⟩ Curti filius, C. Rabiri iudicio
et voluntate filius, natura sororis filius? tune ille in

---

pereo *Cic. epist. 6, 6, 6 Cael. Cic. epist. 8, 16, 5. sententiam igitur similem fuisse conicio atque Marc. 14 p. 74, 22* ut nulla non modo cupiditate, sed ne spe quidem prudens et sciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium, *verba non assequor*

1 praestringit ς perstringit ψ  4 mei *del. Kra. p. 119*  5 enim ω tamen *Patr. non recte*  7 novo ω hoc *Patr.*  9 *add.* ς; *quamquam similes locos collegit Kühner-Stegmann, Ausführl. Grammatik der lat. Sprache² II 2. 1914 p. 64, tamen vix licet de confusis constructionibus cogitare*  11 quasi ω quidem *Cl.*  dignitatem ψ claritatem ς  15 nec ω et *Mue. servato* non *ante* speret, *incommoda negationis collocatione del. Ang.*  21 etquis ω ecquis *Naug. vulgo, cf. ad Pis. 26 p. 421, 15*  24 *add. Or.*  curti ψ curii ς  25 sororis [filius] *Ern., sed cf. Mdv. 1856 p. 1457*  tune (*vel* tun) ς tum ψ tu ς tamen ς

omnis tuos liberalis, cuius multos bonitas locupletavit,
qui nihil profudisti, nihil ullam in libidinem contulisti?
tua Postume nummo sestertio a me addicuntur? o
meum miserum acerbumque praeconium! at hoc etiam 46
optat miser, ut vel ⟨si⟩ condemnetur a vobis, ita bona
veneant ut solidum suum cuique solvatur. nihil iam
aliud nisi fidem curat, nec vos huic, si iam oblivisci
vestrae mansuetudinis volueritis, quicquam praeterea
potestis eripere. quod iudices ne faciatis oro obtestor-
que vos, atque eo magis si adventicia pecunia petitur
ab eo cui sua non redditur. nam in eum cui miseri-
cordia opitulari debebat, invidia quaesita est. Sed iam 47
quoniam spero fidem quam praestiti Postume ********
reddam etiam lacrimas quas debeo. quas quidem ego
tuas in meo casu plurimas vidi: versatur ante oculos
luctuosa nox meis omnibus, cum tu totum te cum tuis
copiis ad me detulisti. tu comitibus, tu praesidio, tu
etiam tanto pondere auri quantum tempus illud postu-
labat, discessum illum sustentasti, tu numquam meis
me absente liberis, numquam coniugi meae defuisti.
possum excitare multos † reductos testes liberalitatis

3 tua . . . sestertia *om.* ς Postume ς postumi ψ *conieci* ⟨bona⟩ nummo*? an* postumi *nomen ut glossa vocem* bona *expulit?* nummo ω omnia *Patr. sed cf. Quint. 11, 3, 172* et cum bona C. Rabiri nummo (uno *libri Quint., cf. Val. Max. 5, 2, 10*) sestertio addicit o meum ... praeconium! 6 optat miser ut vel ς outetim servi vel ψ optet miser ut ς ⟨si⟩ *hic adv. AKl., ante* vel *RKl., post* vobis *Cl.* vel . . . a vobis *del. Mdv. 1855 p. 671;* set sive servetur sive condenmetur a vobis *Br. 1874 p. 87 contra loci sententiam. nam si absolvitur, bona non veneunt* 13 spero fidem quam praestiti Postume ψ ⟨ut⟩ spero fidem quam ⟨potui⟩ (⟨debui⟩ *coni. Cl. quod ferri nequit propter sequentia*) praestiti Postume ς ⟨ut⟩ spero fidem quam ⟨tibi dedi⟩, praestiti Postume *Mdv. 1855 p. 672* (*parum apta collocatione vocativi* Postume) ⟨ut⟩ spero fidem quam praestiti⟨sti, tibi reddidi⟩ Postume *Br. 1874, p. 88* sero fidem ⟨anti⟩quam praestiti *Koch, Rhein. Mus. XIII 1858 p. 285. sententiae haec fere sufficere censeo* spero fidem quam praestiti Postume ⟨semper tibi, non relictam⟩ 21 reductos ω re doctos *Turn. (litteris potius consulens quam sensui) del. Mdv. ibid.; ex glossemate* productos

tuae, quod saepe audivi patri tuo Curtio magno adiu-
48 mento [fecisset] in iudicio capitis fuisse. sed iam omnia timeo, bonitatis ipsius invidiam reformido. nam indicat tot hominum fletus quam sis carus tuis, et me dolor debilitat intercluditque vocem. vos obsecro iudices, ut huic optimo viro quo nemo melior umquam fuit, nomen equitis Romani et usuram huius lucis et vestrum conspectum ne eripiatis. hic vos aliud nihil orat nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri atque ut in hoc foro vestigium facere liceat, quod ipsum fortuna eripuerat, nisi unius amici opes subvenissent.

---

*corruptum esse censuit Mue. p. LXXXIII nulla probabilitate;* ⟨in patriam⟩ reductos *Cl. refutaverat Mdv. 1856 p. 1458; displicet etiam propter collocationem verborum. nam verbo excitandi fit ut ante* testes *alius imaginis notionem inferre non liceat. itaque significationem aliquam ad* testes *pertinentem in voce corrupta* reductos *latere coniecerim, velut* et honestos (praeclaros) *sim.*

1 Curtio *Mdv. 1856 p. 1458* cui id ω C. Curtio *RKl.* (*quod si verum esset, ordo verborum esset* C. Curtio patri tuo) 2 fecisset ψ fuisset ς *del. Mdv.* fuisse ς fuisset ψ *vide an sic potius locus restituendus sit* patri tuo qui id fecisset in iudicio capitis, magno adiumento fuisse omnia ω omina *Kra. p. 120; cf. Clu. 51 Sest. 40 Mil. 42 Phil. 12, 25* 3 nam ς *Ha.* iam ψ 4 me ω mi (*potius* mihi) *Patr. sed* debilitare *ad animum, non ad vocem pertinet* 5 intercluditque *Lb.* includitque ω 9 atque ut ψ atque ς